6
17-b
36

51

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
6
13 B
36

17. b. 36

Digitized by Google

Digitized by Google

Q. HORATII FLACCI Poemata.

NOVIS SCHOLIIS,
& Argumentis illuſtrata.



VENETIIS,
Apud Dominicum de Farris.
M D C I I.

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

Adusu Pauli
Sacch-

Digitized by Google

TYPOGRAPHVS AD LECTORES.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

NON ego ad vos Lectores eruditiſſimi, Poetam aliquem vnum de multis affero: ſed Poetam omnibus ſuis numeris perfectum, & abſolutum: ſummum, atque adeo ſolum in tota lingua Latina Lyricum, Satyrorum ſcriptorem præſtantiſſimum; atque excellentiſſimum: multiplici & uaria rerum copia refertum, illuſtri verborum ſplendore illuminatum: ſententiarum pondere grauiſſimum: ſcribendi elegantia politiſſimum, ac puriſſimum: orationis figuris ornatiſſimum; incudendis nouis uocabulis ſine inuidia feliciſſimum; in Græcorum loquendi generibus imitandis, & cum prouidentia iudicioque liberrimum, ac ſolutiſſimum; & cum libertate licentiaque cautiſſimum, ac prudentiſſimum. Nemo vnquàm Latinorum iuſtitiam, fidem, continentiam, parſimoniam, religionem,

patientiam paupertatis laudauit ornatius; nemo iniuſtam, perfidiam, libidinem, auaritiam, luxuriam uituperauit acerbius; nemo ad ſubeunda pro patria pericula, atq; ad mortem pro libertate oppetendam inflammauit ardentius. Nemo neque ad uirtutem acrius excitauit, neque à uitio grauius reuocauit, nemo bellorum ciuilium calamitatem miſerabilius deplorauit; nemo neque amores cantauit mollius ac tenerius, neque tempeſtiuorum conuiuiorum hilaritatem deſcripſit floridius; nemo hominum ſuæ ætatis more carpſit vrbanius. Dies me deficiet ſi huius Poetæ uirtutes poeticas nō modo perſequi, & commemorare ſcribendo, aut diſtinguere partiendo, ſed etiam recordari cogitando, aut notare coner obſeruando. quod ſi poeta omni laude cumulatus, omnibuſque ſuis partibus abſolutus, & perfectus ille eſt qui voluptatem, & delectationem lectoris cum vtilitate, fructuq; coniunxit, ſine controuerſia cæteris omnibus Poetis Græcis, & Latinis (Homero excepto) Q. Horatius Flaccus merito eſt anteponendus. in quo ſic dulcedo cum utilitate certat, ita ſuauitas grauitati par eſt, ut ſi detracta voluptate ac dulcedine, ſola grauitas utilitaſq; ſpectetur, hæc lectorem in legendo retinere queat; contrà ſiquis dempta vtilitate ſolam

verſuum

verſuum dulcedinem ac iucunditatem ſequatur, hæc cum ſua illecebra captum, vt in ſe affixus continenter inhæreat, pellicere poſſit. Huius Poemata tẽporum vetuſtate valde deprauata, non ſine magno doctiſſimorum virorum labore ac ſudore ſuę integritate reſtituta, ac perpurgata, hilari vultu ſuſcipite, fruimini, ac bene valete.

Q. HORATII FLACCI VITA, E VETVSTO, QVODAM EXEMPLARI DESCRIPTA.

QVINTVS HORATIVS FLACCVS Venuſinus, patre, vt ipſe quidem tradit, libertino, & exactionum coactore, vt verò creditũ eſt, ſalſamentario; quum illi quidam in altercatione exprobaſſet, Quoties ego vidi patrem tuum brachio ſe emungentem? Bello Philippenſi excitus a M. Bruto Imperatore, tribunus militum meruit: victiſque partibus, venia impetrata, ſcriptum quæſtorium comparauit: ac primo Mæcenati mox Auguſto in gratiam inſinuatus, non mediocrem in amborum amicitia locum tenuit. Mæcenas quantopere cum dilexerit, ſatis demonſtratur illo epigrammate,

Ni te viſceribus meis Horati
Plus tam diligo tu tuum ſodalem
Hinno me videas ſtrigoſiorem.

Sed multo magis extremis, tali ad Auguſtum elogio,

Horatij Flacci ut mei, eſto memor. Auguſtus epiſtolarum quoque ei officium obtulit, ut hoc ad Mæcenatem ſcripto ſignificat, *Antè ipſe ſufficiebam ſcribēdis epiſtolis amicorum: nunc occupatiſſimus & infirmus, Horatiū noſtrum te cupio adducere. Veniet igitur ab iſta paraſitica menſa ad hanc regiam, & nos in epiſtolis ſcribendis adiuuabit.*

Ac ne recuſanti quidem aut ſuccenſuit quicquam, aut amicitiam ſuam *a* ſuggerere deſtitit. Extant epiſtolæ, è quibus, argumenti gratia, pauca ſubieci, *Sume tibi aliquid iuris apud te tanquam ſi conuictor mihi fueris. Rectè enim, & nō temere feceris. quoniā id uſus mihi tecum eſſe uolui, ſi per ualetudinem tuam fieri poſſit.* Et rurſus, *Tui qualem habeā memoriā, poteris ex Septimio quoque noſtro audire. nam incidit ut corā illo fieret à me tui mentio. Neq; enim ſi tu ſuperbus amicitiā noſtram ſpreuiſti, ideo nos quoque b* ἀνθυπερφρονοῦμεν. Pręterea ſępe eum, inter alios iocos *c* putiſſimum pęnem, & homuncionem lepidiſſimum appellat, unaque & altera liberalitate locupletauit. Scripta quidem eius uſque adeo probauit, manſuraque perpetuò credidit, ut nō modò ſeculare carmen componendum iniunxerit, ſed & Vindelicam uictoriā Tiberii Druſique, priuignorum ſuorum: eumque coegerit propter hoc tribus carminum libris

a Al. ingerere deſijt.

b ὑπερηφανούμεθα.

c Al. puriſſimum.

 bris

bris ex longo interuallo quarrum addere. Poſt Sermones verò lectos, nullam ſui mentionem factam ita ſit quæſtus, *Iratum me tibi ſcito, quòd non in pleriſque eiuſmodi ſcriptis mecum potiſſimũ loquaris. An uereris ne apud poſteros infame tibi ſit ꝙ videaris familiaris nobis eſſe?* Expreſſitq́; Eclogã cuius initiũ eſt,

a Al. negotia.

Quũ tot ſuſtineas & tanta a *pericula ſolus.*
Res Italas armis tuteris, moribus ornes,
Legibus emẽdes; in publica commoda peccẽ,
Si longor ſermone morer tua tempora Cæſar.

Habitu corporis breuis fuit, atque obeſus: qualis, & à ſemetipſo in Satiris deſcribitur, & ab Auguſto hac epiſtola. *Pertulit ad me Dionyſius libellum tuum, quem ego (ne accuſem breuitatem) quantuluſcunque eſt, boni conſulo. Vereri autẽ mihi videris ne maiores libelli tui ſint, quàm ipſe es: ſed ſi tibi ſtatura deeſt, corpuſculum nõ deeſt. Itaque licebit in ſextariolo ſcribas, quũ circuitus uoluminis tui ſit ὀγκωδέστατος, ſicut eſt ventriculi tui.* Ad res venereas intemperantior traditur. nam ſpeculato cubiculo ſcorta dicitur habuiſſe diſpoſita, ut quocunque reſpexiſſet alibi ei imago coitus referretur. Vixit plurimũ in ſeceſſu ruris ſui Cabini, aut *b* Tiburtini: domuſq́; eius oſtenditur circa Tiburni luculum. Venerunt in manus meas, & elegi, ſub eius titulo, & epiſtola *c* proſa oratione, quaſi commendantis

b Al. Tarentini.

c Al. prorſa.

tis

tis ſe Mecænati. Sed utraque falſa puto. nam elegi uulgares: epiſtola autē, obſcura. quo uirio minimè tenebatur. Natus eſt VI. id. Decemb. L. Cotta, & L. Torquato conſulibus. Deceſſit V. kal. Decemb. C. Mario Cenſorino & C. Aſinio Gallo conſulibus, poſt nouum, & quinquageſimum annum: hærede Auguſtò palàm nuncupato, quum urgente vi valetudinis non ſufficeret ad obſignandas teſtamenti tabulas. Humatus, & conditus eſt extremis Eſquilijs, iuxta Męcenatis tumulum.

Digitized by Google

EIVSDEM HORATII VITA,

IN ALIO EXEMPLARI ALITER SCRIPTA.

QVINTVS HORATIVS FLACCVS libertino patre natus in Apulia,cũ parente in Sabinos migrauit. Quem cum pater puerum Romam miſiſſet in ludum literarium,parciſſimis eruditus impenſis,anguſtias patris uicit ingenio:coluitq́; adoleſcẽs Brutum:ſub quo tribunus militũ ciuili bello militauit captusq́; à Cæſare,poſt magnũ tempus,beneficio Mæcenatis nõ ſolum ſeruatus,ſed etiam in amicitiam receptus eſt. Quapropter Mæcenati,& Auguſto in omnibus ſcriptis ſuis uenerabiliter aſſurgit. Scripſit Carminum libros IIII. Carmen ſeculare Epodon, De arte poetica, Epiſtolarum lib.II.Sermonum II.Commentati ſunt illum Porphyrion, Modeſtus I. Gelenius Acron: omnium optimè C.Aemilius.

EIVSDEM HORATII VITA,

PER PETRVM CRINITVM, FLORENT. LIBER III.

De Poetis Latinis.

QVINTVS HORATIVS FLACCVS in Venuſio Apuliæ oppido natus eſt. Patrem habuit libertini generis: vnde illud,

Quem rodunt omnes libertino patre natum. Sat. 6. lib. 1.

Pro certo habetur, eius natalem fuiſſe duobus circiter annis ante coniurationem L. Sergii Catilinę quo tempore celebres erant in ciuitate, ex poetis, Valerius Catullus, Licinius Caluus, & Ho[illegible] Cinna: ex Oratoribus, M. Cicero, Q. Hortenſius & Q. Catulus: ex Philoſophis, Varro Terentius, & Figulus Nigidius: Orbilium Beneuentanum

(vt

Epiſt. 1. lib. 2. (vt conſtat) à puero audiuit, quem appellat alicubi plagoſum: ac mirum quàm breui tẽpore in bonis litteris profecerit. Ingenio enim facili, & auidiſſimo fuiſſe traditur in capiendis optimis diſciplinis. Vbi autem ſatis viſus eſt nauaſſe operam Latinis ſtudijs, Athenas ſe contulit, vt philoſophorum præceptis liberius incumberet. Maximèq; Epicureorum placita uidetur probaſſe, vt illud vrbanè dictum teſtatur.

Epiſt. 4. lib. 1. *Me pinguẽ & nitidũ bene curata cute uiſes,*
Quũ ridere uoles Epicuri de grege porcum.

Moribus fuiſſe dicitur ſubobſcœnis, & ad bilem interdum paulo excitatior: adeo erga amicos gratus atque officioſus, vt nobiliorum etiam ſtudijs, & gratia clarior in dies ac nobilior eſſet, Nam primò dignitatem tribunitiam honeſtis ſuffragijs eſt adeptus, & Romanæ legioni præpoſitus: quod ipſe de ſe ſcribit. Amicos verò habuit, ex poetis, Albium Tibullum, Quintilium Varum, cuius obitum officioſè deplorat: Valgium conſularem, Virgiliumque ipſum. Ex prima nobilitate, Iulium, Florum, Maximum Lolliũ, & Męcenatem, cum quo ſupra ſeptem annos ſumma familiaritate uinxit. quod cum locis notatis, tum maximè his verſibus apparet.

Sat. 6. lib. 2. *Septimus octauo propior tam fugiteri annus*

Ex

Ex quo Mecenas me cæpit habere ſuorum
In numero.

Nam cum ipſo quidem Horatio iocari liberius Męcenas, atque agere conſueuit, eidemque cōcredere ſua ſtudia, in rebus ciuilibus. Quum ipſa ciuitas magnis factionibus teneretur, varijſque ſeditionibus ęſtuaret, ſequutus primò eſt Bruti, & Caſſij partes. quod à multis alijs, & à Sidonio Appollinari, traditum eſt: qui ad Iulium Maioranum ſic refert,

Et tibi, Flacce, acies Bruti Caſſiq; ſequuto,
Carminis eſt autor, qui fuit & veniæ.

Mox verò accidit ut fauore Męcenatis non dignitates tantum aſſequeretur, ſed ipſi quoque Octauio Imperatori foret inſinuatus; quum liberè, & amicè ad illum ſcribat. Illas tamen epiſtolas, quæ referuntur à quibuſdam, Auguſti ad Flaccum magis confictas oppinamur, quam dignas tanto principe, eiuſque ſumma eruditione. quod ipſum cum alia multa, tum elocutio in primis probat. Compoſuit per plura, quæ vulgo etiam ſunt notiſſima. nos quam breuiſſime repetemus Libros Carminum quatuor, Epodon, & Sęculare carmen: quibus Auguſtum ac Mœcenatem miris laudibus celebrat. In ſcribendis iambicis mirè efficax habitus eſt: quod & Fabius Quintilia-

nus

nus teſtatur. Inter Lyricos verò (inquit) ſolus ferè dignus eſt legi Horatius. quoniam & inſurgit aliquando, & plenus eſt iucunditatis & gratiæ; varijſque uerbis & figuris feliciſſimè audax. Ex quo illud peruulgatum.

Hic inter Lyricos ſublimi uertice uates
Sidera ſumma ferit, ſeu dulcia furta puellę
Cantat, amicitias conuiuia, prçlia, paces:
Siue Lycambeis lacerat latratibus hoſtem,
Impetit, aut vario corruptos carmine mores.

Apollinaris quoque ſic ad Tonantium de Horatio.

Sed tu per Calabri tramitis aggerem
Vis ut noſtra dehinc curſitet orbita,
Qua Flaccus Lyricos Pindaricum ad melos
Frenis flexit equos plectri potentibus,
Dum metro quatitur chorda Glyconio,
Nec non Alcaico, uel Phęrecratio,
Iuncto, & Lesbiaco, ſiue Anapęſtico:
Vernans per varij carminis eclogas
Verborum uiolis multicoloribus.

Diomedes grammaticus, & alij ueteres, undeuiginti carminum modos ab Horatio decantatos aſſerunt: quorum rationes in tertio de Grāmatice libro à Diomede ipſo referuntur. Scripſit de Poetica librum ad Piſones: volumina duo Satyrarum, ac totidem Epiſtolarum. In Satyra verò Lucilium ſequutus eſt, etſi eum ut lutulentum accuſat.

Fabius

Fabius certè Quintilianus præcipuum in Satyra dicit hunc ipſum Horatium ac purum in primis, & terſum. Quin hoc illi proprium & peculiare fuit, ut ridenti ſimilis, & quaſi diſſimulans, improbitatem ac uitia hominum accuſaret, quòd ea magis vrgeant atque afficiant, quæ ſenſim irrepunt, quàm quæ aperta fronte inuadunt. quod ipſum & poeta Perſius demonſtrat,

Omne vafer uitium ridenti Flaccus amico
Tangit, & admiſſus circum præcordia ludit,
Callidus excuſſo populum ſuſpendere naſo.

Sed & Poeta Ouidius ingenuè fatetur magnopere ſe Horatianis uerſibus delectatum & eius carmen diligenter audiſſe: ueluti Propertium, Macrum, Ponticum, & Baſſum, qui iambicos luſit.

Et tenuit noſtras numeroſus aures,
Quum ferit Auſonia carmina culta lyra.

Permultos verò enumerat Horatius, quorum & ſtudium & iudicium percoluit, ut Plotium, Mæcenatem, Varium, Virgilium, Fuſcum, Viſcos, Valgium, Pollionem, Meſſalam, & alios. Sequutus eſt eum in componẽdis Lyricis Paulus Paſſienus: qui (vt eſt autor Plinius) mirificè illũ exprimebat. Statura fuiſſe traditur breui, corpore obeſo, oculis lippis: quæ uel ex carmine illius uarij locis colliguntur. Mortuus eſt autem Horatius

bris ex longo interuallo quarrum addere. Poſt Sermones verò lectos, nullam ſui mentionem factam ita ſit quæſtus, *Iratum me tibi ſcito, quòd non in pleriſque eiuſmodi ſcriptis mecum potiſſimũ loquaris. An uereris ne apud poſteros infame tibi ſit q videaris familiaris nobis eſſe?* Expresſitq; Eclogã cuius initiũ eſt,

a Al. negotia. *Quũ tot ſuſtineas & tanta a pericula ſolus.*
Res Italas armis tuteris, moribus ornes,
Legibus emẽdes; in publica commoda pecce,
Si longor ſermone morer tua tempora Cæſar.

Habitu corporis breuis fuit, atque obeſus, qualis, & à ſemetipſo in Satiris deſcribitur, & ab Auguſto hac epiſtola. *Pertulit ad me Dionyſius libellum tuum, quem ego (ne accuſem breuitatem) quantuluſcunque eſt, boni conſulo. Vereri autẽ mihi videris ne maiores libelli tui ſint, quàm ipſe es: ſed ſi tibi ſtatura deeſt, corpuſculum nõ deeſt. Itaque licebit in ſextariolo ſcribas, quũ circuitus uoluminis tui ſit ὀγκωδέστατος, ſicut eſt ventriculi tui.* Ad res venereas intemperantior traditur. nam ſpeculato cubiculo ſcorta dicitur habuiſſe diſpoſita, ut quocunque reſpexiſſet alibi ei imago coitus referretur. Vixit plurimũ in ſeceſſu ruris ſui Cabini, aut b Tiburtini: domuſq; eius oſtenditur circa Tiburni luculum. Venerunt in manus meas, & elegi, ſub eius titulo, & epiſtola c proſa oratione, quaſi commendan-

b Al. Tarentini.

c Al. prorſa.

tis

tis ſe Mecænati. Sed utraque falſa puto. nam elegi uulgares: epiſtola autē, obſcura. quo uitio minimè tenebatur. Natus eſt VI. id. Decemb. L. Cotta, & L. Torquato conſulibus. Deceſſit V. kal. Decemb. C. Mario Cenſorino & C. Aſinio Gallo conſulibus, poſt nouum, & quinquageſimum annum: hærede Auguſto palàm nuncupato, quùm urgente vi valetudinis non ſufficeret ad obſignandas teſtamenti tabulas. Humatus, & conditus eſt extremis Eſquilijs, iuxta Męcenatis tumulum.

Digitized by Google

EIVSDEM HORATII,
VITA,
IN ALIO EXEMPLARI ALITER SCRIPTA.

QVINTVS HORATIVS FLACCVS libertino patre natus in Apulia,cũ parente in Sabinos migrauit. Quem cum pater puerum Romam miſiſſet in ludum literarium,parciſſimis eruditus impenſis,anguſtias patris uicit ingenio:coluitq; adoleſcẽs Brutum:ſub quo tribunus militũ ciuili bello militauit captusq; à Cæſare,poſt magnũ tempus,beneficio Mæcenatis nõ ſolum ſeruatus,ſed etiam in amicitiam receptus eſt. Quapropter Mæcenati,& Auguſto in omnibus ſcriptis ſuis uenerabiliter aſſurgit. Scripſit Carminum libros IIII. Carmen ſeculare Epodon, De arte poetica, Epiſtolarum lib.II.Sermonum II.Commentati ſunt illum Porphyrion, Modeſtus I. Gelenius Acron: omnium optimè C.Aemilius.

EIVSDEM HORATII VITA,

PER PETRVM CRINITVM, FLORENT. LIBER III.

De Poetis Latinis.

QVINTVS HORATIVS FLACCVS in Venuſio Apuliæ oppido natus eſt. Patrem habuit libertini generis: vnde illud,

Quem rodunt omnes libertino patre natum. Sat. 6. lib. 1.

Pro certo habetur, eius natalem fuiſſe duobus circiter annis ante coniurationem L. Sergii Catilinę quo tempore celebres erant in ciuitate, ex poetis, Valerius Catullus, Licinius Caluus, & Ho[illegible] Cinna: ex Oratoribus, M. Cicero, Q. Hortenſius & Q. Catulus: ex Philoſophis, Varro Terentius, & Figulus Nigidius. Orbilium Beneuentanum

(vt

Epiſt. 1. lib. 2. (vt conſtat) à puero audiuit, quem appellat alicubi plagoſum: ac mirum quàm breui tẽpore in bonis litteris profecerit. Ingenio enim facili, & auidisſimo fuiſſe traditur in capiendis optimis diſciplinis. Vbi autem ſatis viſus eſt nauaſſe operam Latinis ſtudijs, Athenas ſe contulit, vt philoſophorum præceptis liberius incumberet. Maximèq; Epicureorum placita uidetur probaſſe, vt illud vrbanè dictum teſtatur.

Epiſt. 4. lib. 1. *Me pinguẽ & nitidũ bene curata cute uiſes,*
Quũ ridere uoles Epicuri de grege porcum.

Moribus fuiſſe dicitur ſubobſcœnis, & ad bilem interdum paulo excitatior: adeo erga amicos gratus atque officioſus, vt nobiliorum etiam ſtudijs, & gratia clarior in dies ac nobilior eſſet. Nam primò dignitatem tribunitiam honeſtis ſuffragijs eſt adeptus, & Romanæ legioni præpoſitus: quod ipſe de ſe ſcribit. Amicos verò habuit, ex poetis, Albium Tibullum, Quintilium Varum, cuius obitum officioſè deplorat: Valgium conſularem, Virgiliumque ipſum. Ex prima nobilitate, Iulium, Florum, Maximum Lolliũ, & Mecenatem, cum quo ſupra ſeptem annos ſumma familiaritate uinxit. quod cum locis notatis, tum maximè his verſibus apparet.

Sat. 6. lib. 2. *Septimus octauo propior iam fugiteri annus*

Ex

Ex quo Mæcenas me cæpit habere ſuorum
In numero.

Nam cum ipſo quidem Horatio iocari liberius Mæcenas, atque agere conſueuit, eidemque cõcredere ſua ſtudia, in rebus ciuilibus. Quum ipſa ciuitas magnis factionibus teneretur, varijſque ſeditionibus æſtuaret, ſequutus primò eſt Bruti, & Caſſij partes. quod à multis alijs, & à Sidonio Appollinari, traditum eſt: qui ad Iulium Maiorianum ſic refert,

Et tibi, Flacce, acies Bruti Caſſiq; ſequuto,
Carminis eſt autor, qui fuit & veniæ.

Mox verò accidit ut fauore Mæcenatis non dignitates tantum aſſequeretur, ſed ipſi quoque Octauio Imperatori foret inſinuatus; quum liberè, & amicè ad illum ſcribat. Illas tamen epiſtolas, quæ referuntur à quibuſdam, Auguſti ad Flaccum magis confictas oppinamur, quam dignas tanto principe, eiuſque ſumma eruditione. quod ipſum cum alia multa, tum elocutio in primis probat. Compoſuit per plura, quæ vulgo etiam ſunt notiſſima. nos quam breuiſſime repetemus Libros Carminum quatuor, Epodon, & Sæculare carmen: quibus Auguſtum ac Mœcenatem miris laudibus celebrat. In ſcribendis iambicis mirè efficax habitus eſt; quod & Fabius Q intilia-

nus

nus teſtatur. Inter Lyricos verò (inquit) ſolus ferè dignus eſt legi Horatius. quoniam & inſurgit aliquando, & plenus eſt iucunditatis & gratiæ; varijſque uerbis & figuris feliciſſimè audax. Ex quo illud peruulgatum.

Hic inter Lyricos ſublimi uertice uates
Sidera ſumma ferit, ſeu dulcia furta puellę
Cantat, amicitias conuiuia, prĕlia, paces:
Siue Lycambeis lacerat latratibus hoſtem,
Impetit, aut vario corruptos carmine mores.

Apollinaris quoque ſic ad Tonantium de Horatio.

Sed tu per Calabri tramitis aggerem
Vis ut noſtra dehinc curſitet orbita,
Qua Flaccus Lyricos Pindaricum ad melos
Frenis flexit equos plectri potentibus,
Dum metro quatitur chorda Glyconio,
Nec non Alcaico, uel Pherecratio,
Iuncto, & Lesbiaco, ſiue Anapęſtico:
Vernans per varij carminis eclogas
Verborum uiolis multicoloribus.

Diomedes grammaticus, & alij ueteres, vndeuiginti carminum modos ab Horatio decantatos aſſerunt: quorum rationes in tertio de Grāmatice libro à Diomede ipſo referuntur. Scripſit de Poetica librum ad Piſones: volumina duo Satyrarum, ac totidem Epiſtolarum. In Satyra verò Lucilium ſequutus eſt, etſi eum ut lutulentum accuſat.

Fabius

Fabius certè Quintilianus præcipuum in Satyra dicit hunc ipſum Horatium ac purum in primis, & terſum. Quin hoc illi proprium & peculiare fuit, ut ridenti ſimilis, & quaſi diſſimulans, improbitatem ac uitia hominum accuſaret, quòd ea magis vrgeant atque afficiant, quæ ſenſim irrepunt, quàm quæ aperta fronte inuadunt. quod ipſum & poeta Perſius demonſtrat,

Omne vafer uitium ridenti Flaccus amico
Tangit, & admiſſus circum præcordia ludit,
Callidus excuſſo populum ſuſpendere naſo.

Sed & Poeta Ouidius ingenuè fatetur magnopere ſe Horatianis uerſibus delectatum & eius carmen diligenter audiſſe; ueluti Propertium, Macrum, Ponticum, & Baſſum, qui iambicos luſit.

Et tenuit noſtras numeroſus aures,
Quum ferit Auſonia carmina culta lyra.

Permultos verò enumerat Horatius, quorum & ſtudium & iudicium percoluit, ut Plotium, Męcenatem, Varium, Virgilium, Fuſcum, Viſcos, Valgium, Pollionem, Meſſalam, & alios. Sequutus eſt eum in componẽdis Lyricis Paulus Paſſienus: qui (vt eſt autor Plinius) mirificè illũ exprimebat. Statura fuiſſe traditur breui, corpore obeſo, oculis lippis: quæ uel ex carmine illius uarij locis colliguntur. Mortuus eſt autem Hora-

tius

tius anno ætatis ſuæ ſeptimo, & quinquage ſimo, ut in Euſebij annalibus relatum eſt. Alij ſupra ſeptuage ſimum annū uixiſſe ſcrībunt, quod ego tamen falſum exiſtimo, ut alibi obſeruatum eſt.



Innumerabilibus numeroſus Horatius olim
Scatebat mendis ſenſibus ac muneris.
Gratia Dijs, doctiſque viris, nunc redditur orbi
Senſibus & muneris integer ecce ſuis.

Q. HORATII FLACCI
ODARVM, SEV CARMINVM
LIBER PRIMVS.

AD MOECENATEM. *Ode I.*

Alijs aliud uitæ genus placere, ſe poetæ nomen ac præſertim Lyrici, ut honorificentiſſimum ſibi futurũ, affectare dicit.

MÆcenas, a atauis edite regibus,
O & præſidiũ & dulce decus meum;
Sũt quos curriculo puluerẽ Olympicũ
Collegiſſe iuuat; b metaq́; feruidis
Euitata rotis, palmaq́ue nobilis
Terrarum dominos euehit ad deos.
Hunc, ſi mobilium turba c Quiritium
Certat tergeminis tollere honoribus:
Illum, ſi proprio condidit horreo
Quicquid de Libycis uerritur areis.
Gaudentem patrios findere ſarculo
Agros; d Attalicis conditionibus
Nunquam dimoueas, ut trabe Cypria
Myrtoum pauidus nauta ſecet mare.
Luctantem Icarijs fluctibus Africum
Mercator metuens, ocium & oppidi
Laudat rura ſui mox reficit rates
Quaſſas, indocilis pauperiem pati.
Eſt qui nec ueteris pocula Maſſici,

a Vt Ode 29. lib. 3. Tyrrhena reg. prog.
b Tanta arte appropinquaſſe metæ, ut ad eam nõ offenderint.
c Vt alibi, plauſus, & amici dona Quiritis Alij, magiſtratus tres, uel ampliſ. & maximos.
d L. 2. o. 18. Attali hęres. Nullis cõd. propoſ. ab agri. ad mercaturam auocces.

A Nec

a Diē frāgere mero, li. 20. 7.

b Ad fontis caput.

c Alibi, lep. vē. ut alia in niue ſectatur.

d Al. ſeu condis amab. car. Prima fer. ede re uictricis Pr.

e Naſo, & ſide ra vert. tangā, Prop Hūc mihi ſūma licet cōt. ſid. plātis.

Nec a partem ſolido demere de die
Spernit, nunc viridi membra ſub arbuto
Stratus, nunc b *ad aquæ lene caput ſacræ.*
Multos caſtra iuuant, & lituo tubæ
Permiſtus ſonitus, bellaq; matribus
Deteſtata manet ſub Ioue frigido
Venator c *tenere coniugis immemor:*
Seu viſa eſt catulis cerua fidelibus,
Seu rupit teretes Marſus aper plagas.
Me doctarum d *ederæ præmia frontium*
Dijs miſcent ſuperis: me gelidum nemus,
Nympharumq; leues cum Satyris chori
Secernunt populo; ſi neque tibias
Euterpe cohibet, nec Polyhymnia
Lesboum refugit tendere barbiton.
Quod ſi me lyricis uatibus inſeres,
Sublimi feriam e *ſidera uertice.*

AD AVGVSTVM CAESAREM.
Ode II.

Tempeſtatem, & Tiberis inūdationem, quæ Romæ contigerant, deſcribit: eaſque ob cædem Cæſaris immiſſas eſſe innuit: nec non de bellis ciuilibus eam ſequutis quæritur. Tandem pro Auguſti incolumitate, ut parentis patriæ, uota facit.

f Ἐφ' ὀβησμὴν Timorem incuſſi uæ.

IAm ſatis terris niuis atque diræ
Grandinis miſit Pater: & rubente
Dextera ſacras iaculatus arces,
Terruit vrbem;
Terruit f *gentes, graue ne rediret*
Seculum Pyrrhæ, noua monſtra queſtæ;

Om-

Omne quum a Proteus pecus b egit altos
Viſere montes:
Piſcium & ſumma genus hæſit vlmo,
Nota quæ ſedes fuerat columbis:
Et ſuperiecto pauidæ natarunt
Aequore damæ.

a Prot. cuſtos phocarum Nept.
b H. Egit uiſere pro ad uiſēdum uel, ut uiſeret.

Vidimus flauum Tiberim retortis
Littore c Etruſco uiolenter undis,
Ire deiectum monumenta regis,
Templaq; Veſtæ:
Iliæ d dum ſe nimium e querenti
Iactat vltorem: vagus & ſiniſtra
Labitur ripa (Ioue non probante) v-
xorius amnis.

c Maris Etr. ſeu Tyrrh. in quod influit.
d Suæ uxori.
e Quer. de nece Cæſ.

Audiet ciues acuiſſe ferrum,
Quo graues Perſæ f melius perirent.
Audiet pugnas, vitio parentum
Rara iuuentus.

f Iuſtius.

Quem uocet diuum populus ruentis
Imperi rebus? prece qua fatigent
Virgines g ſanctæ minus audientem
Carmina Veſtam?
Cui dabit h partes ſcelus expiandi
Iupiter? tandem uenias, precamur,
Nube candentes humeros amictus
Augur Apollo.

g Veſtales.
h Munus & officium.

Siue tu mauis Erycina i ridens,
Quam Iocus circumuolat, & Cupido:
Siue neglectum genus, & nepotes
Reſpicis k autor,

i Vt Gr. Venus φιλομμειδής.
k Mars, Romanorū progenitor pater Romuli.

Heu nimis longo ſatiate ludo:
Quem iuuat clamor, galeæq; a leues,
Acer & Mauri peditis cruentum
Vultus in hoſtem.
Siue mutata b iuuenem figura
Ales in terris imitaris, alma
Filius Maiæ, c patiens uocari
Cæſaris ultor:
Serus in cœlum redeas, diuque
Lætus interſis populo Quirini:
Neve te noſtris uitijs iniquum
Ocyor aura
Tollat. hic magnos potius triumphos,
Hic ames dici pater atque princeps;
Neu ſinas Medos. d equitare inultos,
Te duce, Cæſar.

a Politæ.

b Quaſi Mercurij figurã induerit Augu.

c Gr. pro Patie uoc.

d O. 10. verſis animoſũ eq; Parthum.

AD NAVEM QVA VEHEBATVR Virgilius Athenas proficiſcens.

Ode III.

Nauem precatur, ut Virgilium ſibi chariſſimũ Atticæ incolumen reddat. Deinde audacia, millius admiratur, & damnat, qui primus nauigauit: & naturã humanam in uetrum niti oſtendit.

Sic te, diua potens Cypri.
Sic fratres Helenæ, lucida ſidera,
Ventorumq; e regat pater,
Obſtrictis alijs, præter Iapyga:
Nauis, quæ tibi creditum
Debes Virgilium; finibus Atticis

e Aeolũs; qui apud Hom. in gratiã Vlyſſ. omnes uẽtos præter Zeph, utri infudit.

Reddas

Reddas incolumen, precor,
Et ſerues animæ dimidium meę.
Illi a *robur & æs triplex*
Circa pectus erat, qui fragilem truci
Commiſit pelago ratem
Primus, nec timuit præcipitem Africum
Decertantem aquilonibus,
Nec triſtes Hyadas, nec rabiem Noti;
Quo non b *arbiter Adriæ*
Maior, tollere ſeu ponere uult freta.
Quem mortis timuit gradum,
Qui ſiccis oculis c *monſtra natantia,*
Qui uidit mare turgidum, &
Infames ſcopulos d *Acroceraunia?*
Nequicquam e *deus abſcidit*
Prudens Oceano diſſociabili
Terras, ſi tamen impiæ
Non tangenda rates tranſiliunt uada.
AVDAX omnia perpeti
Gens humana ruit per uetitum nefas.
Audax f *Iapeti genus*
Ignem fraude mala gentibus intulit:
Poſt ignem ætheria domo
Subductum, macies & noua febrium
Terris incubuit cohors:
Semotiq; prius tarda neceſſitas
Lethi corripuit gradum.
Expertus uacuum Dædalus aera
Pennis non homini datis
Perrupit Acheronta Herculeus labor.

a Illi erat χάλκεον στῆθος, ille erat χαλκεοκάρδιος.

b Vel arb. Adr. uel freta Adr.

c Vt immania cete, Vir.

d Al. alta Ceraunia, Pl. Lu.

e Fruſtra Dei prouidentia Oceanus à terra diſſociatus fuit, ſi nihilominus nauigatur.

f Prometheus, qui Aeſchylo αἰπυμήτης, i. ardua cōſilia uerſans.

Nil mortalibus arduum eſt.
Cælum a *ipſum petimus ſtultitia; neq;*
Per noſtrum patimur ſcelus
Iracunda Iouem ponere fulmina.

a Naſo, Affectaſſe ferūt regal. cæl. gig.

AD L. SEXTIVM, CONSVLAREM. Ode IV.

Ex ueris deſcriptione occaſione ſumpta, & communi moriendi conditione ac uitę breuitate propoſita, ad carpenda gaudia hortatur.

SOluitur acris hiems grata b *uice ueris & Fa*
Trabuntq; c ſiccas machinę carinas. (uoni.
Ac neq; iā ſtabulis gaudet pecus, aut arator i-
Nec prata canis albicant pruinis. (gni,
Iā Cytherea choros ducit Venus, d *imminēte Lu*
Iunctęq; Nymphis Gratiæ decentes (na:
Alterno terrā quatiūt pede: dū graues Cyclopū
Vulcanus e *ardens vrit officinas.*
Nūc decet aut uiridi nitidum caput impedire f
Aut flore, terræ quē ferunt g *ſolutę. (myrto.*
Nūc et in umbroſis Fauno decet immolare lu-
Seu poſcat agnam, ſiue malit hædum. (cis.
PALLIDA mors æquo pulſat pede pauperū
Regumq; turres ô beate Sexti, (tabernas.
Vitæ h *sūma breuis ſpē nos uetat inchoare lōga.*
Iam te premet nox, i *fabulæq; manes,*
Et domus k *exilis Plutonia quò ſimul mearis,*
Nec regna uini ſortiere talis,
Nec tenerū Lycidā mirabere, quo calet iuuētus
Nunc omnis, & mox uirgines tepebunt.

b In uicem redeunte uere. Vel, Viciſſitudine ueris.
c Trah. in mare ad nauigādum.
d Propinquāte.
e Dum Vulc. Ven. maritus fabricat apud Aetnam.
f Corolla. ex myrto.
g Solutę uere, q̄ hyemis frigore cōſtrictę fuerant.
h Spatiū br.
i Fabuloſi inferi.
k Ob umbras exiles, & tenues.

Digitized by Google

AD PYRRHAM. Ode V.

Miſerum eſſe quicunque illius amore ſit irretitus, ſe ex eo tanquam à naufragio, libenter enataſſe.

Quis multa gracilis te puer in roſa
Perfuſus liquidis vrget odoribus
Grato Pyrrha ſub antro?
Cui flauam religas comam,
Simplex a *munditijs? heu quoties fidem*
Mutatoſque deos flebit, & aſpera
Nigris b *æquora uentis*
Emirabitur inſolens,
Qui nunc te fruitur credulus aurea:
Qui ſemper c *vacuam ſemper amabilem*
Sperat, neſcius auræ
Fallacis, miſeri quibus
Intentata d *nites me tabula ſacer*
Votiua e *paries indicat vuida*
Suſpendiße potenti
Veſtimenta maris deo.

a Mũditie ſimplici cõtenta.
b Animũ tuũ in ſe exaſperatum.
c Ad dandam ſibi operam.
d Nõ pſpecta nec explorata.
e Eius amorẽ tẽpeſtat. cõp. è qua naufragus euaſerit.

AD AGRIPPAM. Ode VI.

Bella ab eo geſta, à Vario cantatum iri: ſe conuiuis mutuum & amoribus canendis aptum eſſe dicit.

Scriberis f *Vario fortis, & hoſtium*
Victor, Meonij carminis alite,
Quam rem cunq; ferox nauibus aut equis
Miles te duce geſſerit.
Nos, Agrippa, neque hæc dicere, ne grauem

f Auſpicijs. Homeriei car. Al. ex cõiect. alij, i. cui eſt cautus Hom.

a Iram implacabilem. b ut Græc. δι πλοῦς ἀνήρ. ſubdolus, uerſutus.

Peleidę a ſtomachum, cedere neſcij,
Nec curſus b duplicis per mare Vlyſſei,
Nec ſæuam Pelopis domum,
Conamur, tenues grandia: dum pudor,
Imbellisque lyræ muſa potens vetat
Laudes egregij Cæſaris & tuas
Culpa c deterere ingeni.

c Imminuere.

Quis Martem tunica tectum adamantina
Dignè ſcripſerit? aut puluere Troico
Nigrum Merionem? aut ope Palladis
Tydiden ſuperis parem?
Nos conuiuia, nos prælia Virginum,
Sectis in iuuenes vnguibus acrium
Cantamus, vacui, ſiue d quid urimur
Non pręter ſolitum leues.

d Al. quòd.

AD MVNATIVM PLANCVM Conſularem. Ode VII.

Alias alijs, ſibi Tiburtinã regionẽ præ quauis alia placere dicit; & ad diluendas uino curas hortatur.

LAudabunt alij clarã Rhodõ, aut Mitylenẽ,
Aut Epheſum, bimariſve Corinthi
Mœnia: uel Baccho Thebas, vel Apolline Delphos
Inſignes, aut Theſſala Tempe.
Sũt quib. vnũ opus eſt, e intactę Palladis urbẽ
Carmine perpetuo celebrare, &
Vndiq; f decerptam fronti præponere oliuam.
Plurimus, in Iunonis honorem,
Aptum dicit equis Argos, diteſque Mycenas.

e Virginis. f In al. edi. Vndiq; decerptæ frondi pr. oliuã, i. oliuã alij cuilibet fr. anteponere.

Me

Me nec tam a patiens Lacedæmon,
Nec tam Lariſſæ percuſſit campus opimæ,
Quam domus Albuneæ reſonantis,
Et preceps Anio, & Tiburni lucus, & uuidę
Mobilibus pomaria riuis.
Albus vt obſcuro deterget nubila cælo
Sępe Notus, neque parturit imbres
Perpetuos; ſic ſapiens finire memento
Triſtitiam Vitæque labores
Molli Plance mero: ſeu te fulgentia ſignis
Caſtra tenent, ſeu denſa tenebit
Tiburis vmbra tui. Teucer Salamina patremq;
Quum fugeret, tamen vnda Lyæo
Tempora populea fertur uinxiſſe corona
Sic triſtes affatus amicos,
Quò nos cunque feret melior fortuna b parente,
Ibimus, ò ſocij comiteſq;
Nil deſperãdũ Teucro duce, & auſpice Teucro.
Certus enim promiſit Apollo
Ambiguam c tellure noua Salamina futuram.
O fortes peioraque paſſi
Mecum ſæpe uiri, nunc vino pellite curas.
Cras ingens iterabimus æquor.

a Ob diſcipli. ſeueram.

b Patre mihi in ſenſo.

c Alteram, de qua ambigi poſſet an prio ri conderet.

AD LYDIAM. Ode VIII.

Iuuenem quendam (quem Sybarin uocat, ut Lydiæ amore perditũ, & uoluptatibus colliquefactũ) notat.

L Ydia dic, per omnes
Te deos oro, Sybarin cur properes da-
mando

d Dum amaris ab eo. Dũ tuo amore captus eſt.

Per-

Perdere: cum apricum
Oderit campũ, patiens pulueris atque ſolis.
Cur neque militaris
Inter æquales equitet, a Gallica nec lupatis
Temperet ora frenis.
Cur b timet flauũ Tiberim tãgere? cur oliuũ
Sanguine viperino
Cautius vitat: neq; iam liuida geſtat armis
Brachia, ſæpe diſco,
Sæpe trans finem iaculo c nobilis expedito.
Quid latet? ut marinæ
Filium dicunt Thetidis ſub lacrymoſa Troiæ
Funera: ne virilis
Cultus ĩ cedẽ & Lycias proriperet cateruas.

a Gallicanos equos non flectat in campo Martio.
b Cur iã neq; natat neq; paleſtra gaudet?
c Nobilitatus iac. expeditè miſſo.

AD THALIARCHVM. Ode IX.

Quo magis ſeuit hyems, eo magis indulgere genio ſuadet. Sic autẽ à Marone hyems genialis appellatur.

Vides ut alta ſtet niue candidum
Soracte: d nec iam ſuſtineant onus
Syluæ laborantes: geluq;
Flumina conſtiterint acuto?
Diſſolue frigus: ligna ſuper foco
Largè reponens atque e benignius
De f prome quadrimum Sabina
O Thaliarche merum diota.
Permitte diuis cætera; qui ſimul
Strauere uentos æquore feruido
Deprælíantes, nec cupreſſi.

d Mõs in Sal. uel Faliſcis.
e Largius.
f Prome de ad amphora duas anſas, quaſi aures habente.

Nec

Nec veteres agitantur orni.

QVID ſit futurum cras, fuge quærere: &
Quem ſors dierum cunque dabit lucro
Appone nec dulces amores
Sperne puer, neque tu choreas;
Donec uirenti canities abeſt
Moroſa. nunc & a campus, & areæ,
Leneſq; ſub noctem ſuſurri
Compoſita repetantur hora:
Nunc & latentis proditor intimo
Gratus puellæ riſus ab angulo.
Pignuſque b dereptum lacertis,
Aut digito c malè pertinaci.

a Martius.

b Armillę aut anulus.

c Nõ ſatis pertinaci.

HYMNVS IN MERCVRIVM. *Ode X.*

Mercurium laudat à genere, ab eloquentia, ab inuentione palæſtræ, a maxima in furando calliditate, & ab ijs, quibus fungatur muneribus.

MErcuri facunde, nepos d Atlantis,
Qui feros cultus hominum recentum
Voce formaſti catus, & decoræ
More palæſtræ.
Te canam, magni Iouis, & deorum
Nuntium, curueq; lyre parentem?
Callidum, quicquid placuit, iocoſo
Condere furto.
Te e boues olim niſi reddidiſſes
Per dolum amotas, puerum minaci

d Maia Atl. filia Merc. mater ex Ioue.

e Dũ terreret terminis, niſi boues redderet furto ſublatas, cum riſu expertus eſt tuam in furãda etiam pharetra etiã uerſutiam.

Voce dum terret, viduus pharetra,
Riſit Apollo.
Quin & Atridas ducet te ſuperbos
Ilio diues Priamus relicto,
Theſſalóſque ignes, & iniqua Troiæ
Caſtra fefellit.
Tu pias lætis animas reponis
Sedibus: a uirgaque leuem coerces
Aurea turbam, ſuperis deorum
Gratus & imis.

a Vir. Aen. 4. Tu uirgã capit: hac aĩas ille euocat Orco, &c.

AD LEVCONOEN. Ode XI.

Hortatur eam ut omiſſa futurorum cura, grata manu ſumat quamcunque Deus fortunauerit horam, nec dulcia differat in annum, ut alibi loquitur.

TV ne quæſieris ſcire (nefas) quem mihi, quẽ tibi
Finem dij dederint, Leuconoe, nec b *Babylonios*
Tentaris numeros, c *ut melius qcquid erit pati.*
Seu plures hyemes, ſeu tribuit Iupiter ultimã:
Quæ nunc oppoſitis debilitat pumicibus mare
Tyrrhenũ ſapias, d *uina liques: & ſpatio breui*
Spem longam reſeces. dum loquimur, fugerit inuida
Aetas. carpe diem, quàm minimum credula poſtero.

b Mathematicos, Aſtrologicos.
c Vt patiaris, ὡς στέφειν.
d Quia uina percolata delicatiora.

Con pon

AD

AD AVGVSTVM. Ode XII.

Hac Ode imitatur principium cuiuſdam Pindaricę,& miro artificio inſinuat ſe in Auguſti laudes,dum dicit ſe dubitare quid potiſſimum canat; & à deorum laudibus,ad laudes heroum,& Rom.ducum, tandemque ipſius Auguſti,deſcendit.

QVem virum aut heroa lyra uel acri
Tibia a ſumes celebrare Clio?
Quem deum? Cuius recinet iocoſa
Nomen b imago,
Aut in umbroſis Heliconis oris,
Aut ſuper Pindo,gelidove in Hæmo?
Vnde uocalem temere inſequutę
Orphea ſyluæ,
Arte materna rapidos morantem
Fluminum lapſus,celereſq; ventos;
Blandum c & auritas fidibus canoris
Ducere quercus.
Quid prius dicam ſolitis parentum
Laudibus? qui res hominum ac deorum,
Qui mare,& terras, variſq; mundum
Temperat d horis?
Vnde nil maius generatur ipſo,
Nec viget quidquam ſimile aut ſecundum:
Proximos e illi tamen occupauit
Pallas honores.
Pręlijs audax neque te ſilebo
Liber,& ſæuis inimica f virgo
Belluis: nec te metuende certa
Phœbe ſagitta.
Dicam & Alciden, g pueroſq; Ledę,

a Suſcipies celebrandum.

b Imago uocis acho.

c Bl. ducere, Gnarū ducendi blanditijs cantus.

d Partib.quatuor anni.

e Vt Virg.proximus huic, longe, ſed prox.interuallo.

f Diana.

g Dioſcuros, Caſtorem, & Pollucem

Hunc equis, illum ſuperare pugnis.
Nobilem quorum ſimul alba nautis
Stella refulſit,

a Flait de ſax. Defluit à ſaxis agitatus humor.
Concidunt uenti: fugiuntq; nubes;
Et minax (quod ſic voluere) ponto
Vnda recumbit.

b Superb. imperium Tarq. Romulum poſt hos prius, an quietum
Pompili regnum memorem, an b ſuperbos
Tarquini faſces; dubito, an Catonis
Nobile lethum,

Regulum, & Scauros, animaeq; magnae
Prodigum Paulum, ſuperante Pœno,
Gratus inſignis referam camena,
Fabriciumque.

Hunc, & incomptis Curium capillis
Vtilem bello tulit, & Camillum

c Fundus cum domo, quæ cõueniret fructibus ipſius, nõ magnificentior, q̃ pro illis eſſet. Seua paupertas, & c auitus apto
Cum lare fundus.

Creſcit occulto velut arbor æuo
Fama Marcelli: micat inter omnes
Iulium ſidus, velut inter ignes
Luna minores.

Gentis humanæ pater atque cuſtos,
Orte Saturno, tibi cura magni

d Vt mox, Tonor, &c. Caeſaris fatis data: tu d ſecundo
Caeſare regnes.

e Inſidiãtes, & mala illi machinantes. Ille ſeu Parthos Latio e imminentes
Egerit iuſto domites triumpho,
Siue ſubiectos Orientis oris

Seras,

Seras, & Indos:
Te a minor latum reget æquus orbem: a Aequo animo, ſe inferiorem te gerẽs, reget terras, ut tu cęlum.
Tu graui curru quaties olympum,
Tu parum caſtis inimica mittes
Fulmina lucis.

AD LYDIAM. Ode XIII.

Quæritur Telephum riualem ſibi à Lydia præferri.

QVum tu Lydia Telephi
Ceruicem roſeam, cerea Telephi
Laudas brachia, væ, meum
Feruens difficili bile tumet iecur.
Tunc nec mens mihi, nec color
Certa ſede manet: humor & in genas
Furtim labitur, arguens
Quàm lentis penitus b *macerer ignibus.* b Tabeſcam.
Vror, ſeu tibi candidos
Turparunt humeros immodice c *mero* c Inter pocula ortæ.
Rixæ: ſiue puer furens
Impreſſit memorem dente labris notam.
Non, ſi me ſatis audias
Speres d *perpetuum, dulcia barbarè* d Fore perp.
Lædente oſcula, quæ Venus
Quinta parte ſui nectaris imbuit.
FELICES ter & amplius
Quos irrupta tenet copula; nec malis
Diuulſus querimonijs,
Suprema citius ſoluet amor die.

IN

IN BRVTVM CIVILE BELLVM renouantem. Ode XIIII.

Allegoria perpetua eſt in hac Ode, vt teſtatur Fabius, qui etiam nauis nomine remp. ſignificari (quum alij potius Brutum intelligant) fluctuum tempeſtates pro bellis ciuilibus, portum pro pace atque concordia dici exiſtimat.

O Nauis, referent in mare te noui
Fluctus. ò quid agis? fortiter occupa
Portum. nonne uides ut
Nudum a remigio latus?
Et malus celeri ſaucius Africa,
Antenneq; gemant? ac ſine funibus
Vix b durare carinæ
Poſſint imperioſius
Aequor. non tibi ſunt integra lintea:
Non dij quos iterum preſſa uoces malo,
Quamuis c Pontica pinus,
Syluę filia nobilis,
Iactes & genus, & nomen inutile.
Nil pictis timidus nauita puppibus
Fidit. tu d niſi uentis
Debes ludibrium, caue.
Nuper ſollicitum quæ mihi tædium,
Nunc deſiderium, curaq; non leuis,
Interfuſa nitentes
Vites æquora cycladas.

a Deſtitutus ſis militibus.

b perferre.

c Quamuis generis nobilitate glorieris, nihil eam curant milites.

d Niſi uis eſſe ludibrio uētis in naufragio.

NE-

NEREI VATICINIVM DE ruina Troiæ. Ode XV.

Paſtor cum traheret per freta nauibus
Idæis Helenen perfidus hoſpitam,
Ingrato a celeres obruit ocio
Ventos, vt caneret fera
Nereus fata. Mala ducis aui domum,
Quam multo repetet Græcia milite,
Continuata tuas rumpere nuptias,
Et regnum Priami uetus.
Eheu quantus equis, quantus adeſt viris
Sudor: quanta moues funera Dardanæ
Genti iam galeam Pallas, & ægida
Curruſq; & rabiem parat.
Nequicquam, Veneris præſidio ferox,
Pectes cæſariem: grataq; feminis
Imbelli cithara carmina b diuides.
Nequicquam thalamo graues
Haſtas, & calami ſpicula c Gnoſij
Vitabis, ſtrepitumque, & celerem ſequi
Aiacem. tamen heu d ſerus adulteros
Crines puluere collines.
Non Laertiadem, exitium tuæ
Gentis, non Pylium Neſtora reſpicis?
Vrgent e impauidi te Salaminius
Teucerque, & Stenelus, ſciens
Pugnæ: ſiue opus eſt imperitare equis,
Non auguria piger. Merionem quoque
Noſces. ecce f furit te reperire atrox

a Ventorũ flatũ compreſſit.

b Diſtribues, ſingula in ſingularũ gratiã canens.

c Cretẽſis. Nã Cnoſſus urbs Cretæ.

d Serò tã ſem traheris mortuus.

e Inſequũtur.

f Furit p̃ ardẽti deſiderio te reperiendi.

a Fortior, Præſtantior.

Tydides, a melior patre.
Quem tu, ceruus uti uallis in altera
Viſum parte lupum graminis immemor,
Sublimi fugies mollis anhelitu,
Non hoc pollicitus b tuæ.
Iracunda diem proferet Ilio.
Matroniſq; Phrygum claſſis Achillei.
Poſt certas hyemes vret Achaicus
Ignis Iliacas domos.

b Helenę. quũ illi contra tuã fort. iactares.

PALINODIA. Ode XVI.

Veniam petit a puella, quam uerſibus læſerat: & culpam in iram transfert, cuius uim indomitam deſcribit.

O Matre pulchra filia pulchrior,
Quem criminoſis cumque uoles modum
Pones iambis, ſiue c flamma,
Siue mari libet Adriano.
Non d Dyndimene, non adytis quatit
Mentem ſacerdotum incola Pythius,
Non liber æquè: non acuta
Sic geminant Corybantes æra,
Triſtes ut irę, quas neque Noricus
Deterret enſis, nec mare naufragum,
Nec ſeuus ignis, nec tremendo.
Iupiter ipſe ruens e tumultu.
Fertur Prometheus addere f principi
Limo coactus particulam vndique
Deſectam, & inſani leonis
Vim ſtomacho appoſuiſſe noſtro.
Iræ Thyreſtin exitio graui

c Siue igni ſiue aqua eos abolere libeat
d Cybelle.
e Fulmine.
f Ex quo primi hoĩes fuerunt icti.

Strauere:

Strauere: & altis urbibus ul[...]
Stetere cauſa cur perirent
Funditus, imprimeretq; muris
Hoſtile aratrum exercitus a inſolens,
Compeſce b mentem. me quoque pectoris
Tentauit in dulci iuuenta
Feruor, & in celeres iambos
Miſit furentem: nunc ego mitibus
Mutare quæro triſtia: dum mihi
Fias recantatis amica
Opprobrijs. c animumq; reddas.

a Victoria clarus.
b Al. animum rege.
c Sic Ter. Reddidiſti animũ

AD TINDARIDEM.
Ode XVII.

Tindaridem in Lucretilem inuitat, commendans ab amœnitate, nec non alia commoda quæ ex ea percipiet oſtendens.

VElox amœnum ſæpe d Lucretilem
Mutat Lycæo Faunus: & igneam
Defendit e æſtatem capellis
Vſque meis, pluuioſque uentos.
Impunè tutum per nemus arbutos
Quærunt latentes, & thyma deuiæ
Olentis f vxore mariti:
Nec uirides metuunt g colubros.
Nec martiales h hædilia lupos:
Vtcunque i dulci Tyndari fiſtula
Valles, & k Vſticæ l cubantis
Leuia m perſonuere ſaxa.
Dij me tuentur. dijs pietas mea
Et muſa cordi eſt, hinc tibi copia

d Faunus ex Lycœ i Lucretilē (qui mõs eſt ĩ Sabinis) ſæpe commigrat.
e Propulſat à cap.
f Capellæ.
g Al. Colubras
h Pes Ionicus pro choriãbo.
i Quãdocunq; uel ubicũque.
k Vſt. mõtis.
l Leuiter decliuis.
m Sonitu acceptum reddidere.

a Pleno & largo cornu.

Manabit ad plenum a benigno
Ruris honorum opulenta cornu.

b Lyra Anacreõtis. Ter.j.

Hic in reducta valle, caniculæ
Vitabis æſtus: & fide b *Teia*

c Labore multo amplexus vnius Vlyſſis petentes.

Dices c *laborantes in uno*
Penelopen uitreamq; Circen,

d Nõ accendẽtis pectus ad quicquã reprehenſione dignum.

Hic d *innocentis pocula Lesbij*

e Bibes.

Duces e *ſub umbra; nec Semeleius*
Cum Martem confundet Thyoneus
Prælia: nec metues proteruum

f Imbecilliori

Suſpecta Cyrum, ne f *malè diſpari*
Incontinentes injiciat manus

g Quæ nihil promeruit.

Et ſcindat hærentem coronam
Crinibus g *immeritamq; ueſtem.*

AD QVINTILIVM VARVM.
Ode XVIII.

Moderatum uini vſum à curis, & ſollicitudinibus ad lætitiam hominem traducere, contra ex immodico eius vſu mala multa oriri.

h Vino nõ madentibus.

NVllã Vare ſacra uite prius ſeueris arborẽ
Circa mite ſolũ Tiburis, & mœnia Catili,
Siccis h *omnia nam dura Deus propoſuit; neque*
Mordaces aliter diffugiunt ſollicitudines.

i Habet in ore militiam aut pauperiem?

Quis poſt uina grauem militiam aut pauperiem
i *crepat?* (*Venus?*

K Thracibus grauis, & infeſtus Bacchus.

Quis non te potius, Bacche pater, teque decens
At ne quis modici tranſiliat numera Liberi,
Centaurea monet cum Lapithis rixa ſuper mero
Debellata; monet k *Sithonijs non leuis Euius,*
Quum fas atq; nefas exiguo ſine libidinum

Diſce-

Diſcerunt a *auidi. non ego te candide Baſſareu*
Inuitum quatiam: nec uarijs b *obſita frondibus*
Sub diuum rapiam ſæua c *tene cum Berecintio*
Cornutym pana, q̃ ſubſequitur cęcus amor, ſui
Et tollens uacuum plus nimio gloria uerticem,
Arcaniq́; fides prodiga, d *perlucidior uitro.*

a Cupidi explendi libid.
b Tua ſacra ñ diuulgabo.
c Contine tua tymp. patere me prę nimio uino iſanire, ut tuę Bacchę, tymp. audito.
d Cui cõmiſſum arc. patefit, & uelut p lucet.

DE GLICERA. Ode XIX.

Se Gliceræ amore ita, vri dicit, ut non bella, ſed amores tantum ſcribere poſſit.

M*Ater ſæua Cupidinum,*
Thebanæq́; iubet me Semeles puer,
Et laſciuia licentia
Finitis e *animum reddere amoribus.*
Vrit me Gliceræ nitor
Splendentis f *Pario marmore purius*
Vrit g *grata proteruitas,*
Et uultus nimium h *lubricus aſpici*
In me tota ruens Venus
Cyprum deſeruit: nec patitur Scythas
Et uerſis animoſum equis
Parthum dicere, nec quę i *nil attinent.*
Hic uiuum mihi k *ceſpitem, hic*
Verbenas pueri ponite, thuraq́;
Bimi cum patera meri.
Mactata l *ueniet lenior hoſtia.*

e Referre animum ad am.
f De par. marmore.
g Ingenij ferocitas.
h Qui nimiũ lubricè, & periculosè aſpicitur.
i Nõ ſpectant ad res meas. i. ad amorem.
k Arę loco, vt Venerẽ placẽ.
l Veniet Glycera len. mac. hoſt.

AD MOECENATEM. Ode XX.

Inuitat Mœcenatem ad conuiuium, quod minime ſumptuoſum fore dicit.

a Non magni precij.
b Cui contr. Releui dolia, apud Ter.
c Adeo ut E truſci fl. rip. i. Tiberis.
d Echo. ut O. 12.
e Pocula mea non temperātur uino.
f Fal. neq; Formiano.

Vile a potabis modicis Sabinum
Cantharis. Græca quod ego ipſe teſta
Conditum b leui: datus in theatro
Quum tibi plauſus,
Care Mæcenas, eques: c ut paterni
Fluminis ripæ, ſimul & iocoſa
Reddere laudes tibi Vaticani
Montis d imago.
Cæcubum, & prælo domitam Caleno
Tu bibes uuam: f mea Falernæ
Temperant uites, neque Formiani
Pocula colles.

HORTATVR VIRGINES ET pueros ad canendas Apollinis, & Dianæ laudes. Ode XXI.

g Mõte in Agro Tuſculano.
h Montis, & urbis Lyciæ.

Dianæ teneræ dicite uirgines,
Intonſum pueri dicite Cynthium,
Latonumq; ſupremo
Dilectam penitus Ioui.
Vos lætam fluuijs, & nemorum coma,
Quæcunque aut gelido prominet g Algido,
Nigris aut Erymanthi.
Syluis, aut uiridis h Cragi:
Vos tempe totidem tollite laudibus,
Natalemq;, mares, Delon Apollinis,
Inſignemq;

Inſignemq; pharetra
Fraternaq; a humerum lyra.
Hic bellum lacrymoſum, hic miſeram famem
Peſtemq; à populo, & principe Caſare, in
Perſas atque Britannos
Veſtra motus b *aget prece.*

a A Mercurio fratre acceptā

b Transferre.

AD ARISTIVM. Ode XXII.

Integritatem uitæ, & innocentiam ubique tutam eſſe dicit: idque ſuo exemplo probat.

I*Nteger uitæ ſceleriſq; purus*
Non eget c *Mauris iaculis, neque arcu,*
Nec uenenatis d *grauida ſagittis,*
Fuſce, pharetra:
Siue per e *Syrtes iter æſtuoſas,*
Siue facturus per inoſpitalem
Caucaſum, f *uel quæ loca fabuloſus*
Lambit g *Hydaſpes.*
Namque me ſylua lupus in Sabina,
Dum meam canto Lalagen, & ultra
Terminum curis uagor h *expeditus,*
Fugit inermem.
Quale portentum neque militaris
Daunia i *in latis alit eſculetis:*
Nec K *iubæ tellus generat, leonum*
Arida nutrix.
Pone l *me pigris ubi nulla campis*
Arbor æſtiua recreatur aura:
Quod latus mundi nebulæ m *maluſq;*
Iupiter urget,

c Mauri ſi iaculat optimi.
d Referta.
e Littora Syrtibus marinis propinqua.
f Montem ad ſeptēt. In hoſp. propter niues ppetuas.
g Indiæ flu de quo multa fabuloſa ſcrib.
h Al. expeditis.
i Appuliæ.
k Numidiæ.
l Pone me c. p. ubi n:
m Gr[illegible]

Pone ſub curru nimium propinqui
Solis, in terra domibus negata:
Dulce a ridentem Lalagen amabo,
Dulce loquentem.

a Al. Od. 27. l. 3 perfidum ridens Venus.

AD CHLOEN. Ode XXIII.

Nō eſſe cur ipſum extimeſcat & à matris latere nũquam diſcedere velit, quum ſit iam viro matura.

VItas hinnuleio me ſimilis Chloe
Quærenti pauidam montibus b auijs
Matrem, non ſine uano
Aurarum, & c ſylue metu.
Nam ſeu mobilibus ueris d inhorruit
Aduentus folijs, ſeu uirides rubum
Dimouere lacertæ:
Et corde, & genibus tremit.
Atqui non ego te, tigris ut aſpera,
Getulus ve leo, frangere e perſequor.
Tandem deſine matrem
Tempeſtiua f ſequi uiro.

b Deſertis, & incultis.
c διαίρεσις.
d Inhorruere folia flatu Fauonij, qui ueris aduenientis eſt comes.
e Perſequor vt frãgam, & dilacerem ſicut hæ feræ fr. hinnuleos.
f Vir. Iam matura uiro.

AD VIRGILIVM, DE QVINTILII morte. Ode XXIIII.

QVis g deſiderio ſit pudor aut modus
Tam cari capitis? præcipe lugubres
Cantus Melpomene, cui h liquidam pater
Vocem cum cithara dedit.
Ergo Quintilium perpetuus ſopor
Vrget? cui Pudor, & Iuſtitiæ ſoror
Incorrupta Fides, nudaq; Veritas,

g Quis ſtatui finis poſſit dſ. tam c. capitis? Vt Gr. φίλη κεφαλή. Alij Præc. lug. c. q is debeat eſſe mod. vel Que is, ut ſit pro Quibus.
h liquida uox Canora, dulcis.

Quan-

Quando ullum inuenient parem?
Multis ille bonis flebilis occidit:
Nulli flebilior quàm tibi, Virgili.
Tu fruſtra pius (heu) a non ita creditum — a Non ita ſtā quaſi nunquā repetendum.
Poſcis Quintilium deos.
Quòd b *ſi Threicio blandius Orpheo* — b At. Quid ſi Thr. & Num ur. ſan. imagini?
Auditam modere arboribus fidem,
Non uanæ redeat ſanguis imagini.
Quam c *uirga ſemel horrida* — c Caduceo.
Non lenis precibus fata recludere,
Nigro compulerit Mercurius gregi.
Durum: d *Sed leuius fit patientia,* — d Durum eſt, illū amiſiſſe.
Quicquid e *corrigere eſt nefas.* — e Corrigi nō poteſt.

AD LYDIAM. Ode XXV.

Inſultat Lydiæ, quod, iam uetula, uiciſſim à iuuenibus contemnatur.

Parcius f *iunctas quatiunt feneſtras* — f Occluſas i.
Ictibus crebris iuuenes proterui,
Nec tibi ſomnos adimunt: amatq;
Ianua g *limen,*
Quæ prius multum faciles mouebat — g Ian. nō recedit. a limine quia clauſa manet.
Cardines audis minus, & minus iam
Me h *tuo longas pereunte noctes*
Lydia dormis? — h Amatoris excluſi uerba.
Inuicem mœchos anus arrogantes
Flebis in i *ſolo leuis angi portu,* — i Deſerto. Leuis, pro uili.
Tracio bacchante magis ſub inter-
lunia uento.
Quum tibi flagrans amor, & libido,

Quæ

a Vir. Scil. an te omnes furor eſt inſign. equarum.

Quæ ſolet matres a furiare equorum,
Sæuiet circa iecur ulceroſum:
Non b ſine queſtu

b. Quæreode etiam quod iuuentus, puellas uetulus pferat.

Læta quòd pubes edera uirenti
Gaudeat, pulla magis atque myrto:
Aridas frondes hyemis ſodali
Dedicet Hebro.

AD MVSAM, DE AELIO LAMIA. *Ode XXVI.*

Muſarum amatorem, & cultore minus curis, & mœroribus obnoxium eſſe innuit: & Muſæ Pimpleæ ſuũ Lamiam commendat.

c Vi procacib. auſtris. Virg.

d Al. Mithridatem.

e Prius.

*M*VSIS *amicus, triſtitiam, & metus*
Tradam c proteruis in mare Creticum
Portare uentis: quis ſub arcto
Rex gelidæ metuatur oræ,
Quid d Tiridatem terreat unicè
Securus, ò quæ fontibus e integris
Gaudes, apricos necte flores,
Necte meo Lamiæ coronam
f Pimplea dulcis: nil ſine te mei
Poſſunt honores: hunc fidibus nouis,
Hunc Lesbio g ſacrare plectro
Teq́; tuasq́; decet ſorores.

f Muſa, a Pimpleo monte.

g Conſecrare immortalitati fid. Lat. & carmine Sapphico, uel Alcaico.

AD SODALES. Ode XXVII.

Sodales inter pocula rixantes, atq; adeo pugnãtes, reprehendit: & hunc eſſe barbararum morẽ dicit. Inuitatus ad bibendũ, id ſe facturum ea lege pollicetur, vt frater Megillæ nomen amicæ ſuæ proferat. Tãdẽq́. audito puellę nomine, uicẽ huius amatoris miſeratur.

h Natura cõparata.

*N*ATIS *h in uſum lætitiæ ſcyphis.*

Pu-

Pugnare, Thracum eſt, tollite barbarum
Morem, a uerecundumq; Bacchum
Sanguineis prohibete rixis.
Vino, & b lucernis Medus acinaces
Immane quantum diſcrepat. impium
Lenite clamorem ſodales,
Et c cubito remanete preſſo.
Vultis d ſeueri me quoque ſumere
Partem falerni? dicat Opuntiæ
Frater Megillæ, quo beatus
Vulnere, qua pereat ſagitta.
Ceßat e uoluntas? non alia bibam
Mercede. quæ te cunque domat Venus,
Non erubeſcendis adurit
Ignibus: ingenuoq; ſemper
Amore peccas. quicquid habes, age
Depone f tutis auribus. ah miſer,
Quanta g laboras in Charybdi,
Digne puer meliore flamma.
Quæ ſaga, quis te ſoluere Theſſalis
Magus uenenis, quis poterit Deus?
Vix illigatum te triformi
Pegaſus h expediet chimeræ.

a Verecundo tractandum.
b A cōporatio nib. & conuiuijs plurimū diſce ferrum. Luc. autē tan quā de noct. conuiuijs.
c Quia cœnabus accumbētes, & cubito innitentes.
d Auſteri.
e Al. uoluptas.
f Non rimoſis ſed bene clauſis ad continē dum rem alcanam.
g Quam ſæuā difficilē, rapacem puellam nactus es?
h Soluet.

Ode XXVIII.

Archytas Tarētinus philoſophus, & geometra, natæ cuidam reſpondet, communem eſſe omnibus moriendi neceſſitatem: & orat ne ſe naufragum inſepultum iacere patiatur: & ſed aliquātulum arenæ corpori inijciat. Id beneficij præſtare uolenti bene precatur, recuſanti præſtare, minatur.

TE maris, & terræ numeroque carentis arenæ

Men-

Menſorem, a *cohibent, Archyta,*
Pulueris exigui prope litus parua b *Matinum*
Munera, c *nec quicquam tibi prodeſt*
Aerias tentaſſe domos, animóque rotundum
Percurriſſe polum, morituro.
Occidit, & Pelopis d *genitor, conuiua deorum,*
Titonusq; remotus in auras:
Et Iouis arcanis Minos admiſſus: habentq;
Tartara e *Panthoiden, iterum Orco*
Demiſſum: quamuis clypeo Troiana f *refixo*
Tempora teſtatus, nihil ultra
Neruos atque cutem morti conceſſerat atræ
Iudice te, non g *ſordidus autor*
Naturæ ueriq;. SED omnes una manet h *nox,*
Et calcanda ſemel uia lethi.
Dant alios Furiæ toruo ſpectacula Marti.
Exitio eſt auidis mare nautis.
Miſta ſenum ac iuuenũ denſantur funera: nullũ
Seua caput Proſerpina fugit.
Me quoque i *deuexi rapidus comes Orionis*
Illiricis Notus obruit undis.
At tu nauta, uage ne parce malignus arena
Oſſibus, & capitis inhumato
Particulã dare. k *ſic, quodcũq; minabitur Eurus*
Fluctibus Heſperijs, Venuſinæ
Plectantur ſylue, te ſoſpita: multaq; merces,
Vnde poteſt, tibi defluat æquo
Ab Ioue, Neptunoq; ſacri cuſtode Tarenti.
Negliges l *immeritis nocituram*
Poſtmodo te natis fraudem cõmittere m *forſan.*

a Geometrã.
b In Apulia mons.
c Non profuit ad uitandam mortem.
d Tantalus. Hæc autem reſpondet Archytas.
e Pythagorã.
f Detracto è poſte templi.
g Contẽptus.
h Tenebræ mortis.
i Ad occaſum uergẽtis, uel, ſit in decliui partæ cœli.
k Precãtis eſt.
l Forſan non dubitas admittere culpam q̃ &c. Tibi ipſi igitur de uiciſſim cõtingat. Al. cõmittere? fors, & Deb. &c.
m alias forſit.

Debita

Debita iura uiceſq; ſuperbæ
Te maneant ipſum precibus nõ linquar inultis:
Teq; piacula nulla reſoluent.
Quanquam feſtinas (non eſt mora longa) licebit
Iniecto ter puluere a curras. · a Nauiger.

AD ICCIVM. Ode XXIX.

Mirum quidam, & monſtri ſimile dicit eſſe, eum a philoſophiæ ſtudio ad militiam tranſiſſe.

ICci, b beatis nunc Arabum inuides · b Opulentis.
Gazis; & acrem militiam paras
Non antè deuictis Sabææ
Regibus, horribiliq; Medo
c Nectis catenas, quæ tibi virginum · c Te paras ad ducẽdum Medos captiuos.
Sponſo necato barbara ſeruiet?
Puer quis ex aula capillis
Ad cyathum ſtatuetur d unctis. · d Vnguẽtatis.
Doctus ſagittas tendere Sericas
Arcu paterno? quis neget arduis
Pronos relabi poſſe riuos
Montibus, & Tiberim reuerti:
Quum tu coemptus undique nobiles
Libros Panæti, e Socraticam, & domum · e Stoicorum familiam.
Mutare loricis Iberis,
Pollicitus meliora, tendis?

AD VENEREM. Ode XXX.

Rogat Venerem ut in ædem Glyceræ ueniat.

O Venus, regina Cnidi, Paphique
Sperne dilectam Cypron, & uocantis
Thure

Digitized by Google

a Sacellum tibi conſecratũ ab illa.
b Cupido.
c Iuuenta dea.

Thure te multo Glyceræ decoram
Transfer in a ædem.
Feruidus tecum b *puer,& ſolutis*
Gratiæ zonis,properentq; Nymphe,
Et parum comis ſine te c *Iuuentas,*
Mercuriuſque.

AD APOLINEM. Ode XXXI.

Se, parcè & frugaliter viuentem, non diuitias; ſed mentem ſanam in corpore ſano, ab Apolline poſcere dicit.

d Cui tẽplũ dedicauit Aug. in palatio.
e Libãs dijs uini primitias.
f Radit,alluit.
g Amputent vuas cultello falcis inſtar incuruo.
h Pro Exhauriat poculis vina p hypall.
i Rep. Empta nummis acceptis ex Sum.

QVid d *dedicatũ poſcit Apollinẽ Vates?*
Quid orat,de patera nouum
Fundes e *liquorem? non opimas*
Sardiniæ ſegetes feracis:
Non æſtuoſæ grata Calabriæ
Armenta:non aurum,aut ebur Indicum:
Non rura quæ Liris quieta
Mordet f *aqua,taciturnus amnis.*
Premant g *Calena falce,quibus dedit*
Fortuna,vitem: diues, & aureis
Mercator h *ex ſiccet culullis*
Vina Syra i *reparata merce,*
Dijs carus ipſis: quippe ter & quater

k Sine naufragio.
l Partis.
m Appollo.
n Des mentẽ ſanã in corp. ſano.

Anno reuiſens æquor Atlanticum
Impunè. k *me paſcunt oliuæ,*
Me cichorea,leueſq; maluæ.
Frui l *paratis,& valido mihi*
Latoë m *dones,& (precor)* n *Integra*
Cum mente:nec turpem ſenectam
Degere,nec cithara carentem.

AD LYRAM. Ode XXXII.

Lyram alloquitur, eamque laudans, magnum ſolamen Alcæo primum attuliſſe ait.

Poſcimus; ſiquid a ſub umbra — a Otioſi.
Luſimus tecum, quod & hunc in annum
Viuat & plures: age, dic Latinum
Barbite carmen:
Lesbio primùm b *modulate ciui:*
Qui ferox bello, tamen c *inter arma,*
Siue iactatam religarat vdo
Littore nauim:
Liberum & Muſas, Veneremque, & illi
Semper hærentem puerum canebat;
Et Lycum, nigris oculis nigroq;
Crine decorum.
O decus Phœbi, & dapibus ſupremi
Grata teſtudo Iouis, ò laborum
Dulce lenimen, mihi d *cunque ſalue*
Rite vocanti.

b Modulatis ſonis adhibite ab Alcæo.
c Siue erat in caſtris, ſiue ad portum aliquem appulerat.
d Quotieſcunque te euoco ſalue Lex Por. Exp. & aliter.

AD ALBIVM TIBVLLVM. Ode XXXIII.

Conſolatur eum aliorum exemplo, quibus itidem amantibus contingitur ut non redamentur.

Albi, e *ne doleas plus nimio memor*
Immitis Glyceræ: neu miſerabiles
Decantes elegos, cur tibi iunior
Læſa præniteat fide:
Inſignem tenui fronte Lycoridia

e Ne forte doleas, &c. audi quod dicã Inſignem, &c. Vel hoc te ſcire nolo, in ſignũ, &c. Q.d. Nec hoc tibi ſoli uſu uenire putes.

Cyri

Cyri torret amor, Cyrus in aſperam
Declinat Pholoen: ſed prius Appulis
Iungentur capreæ lupis,
Quam turpi Pholoe peccet adultero.
Sic viſum Veneri: cui placet impares
Formas atque animos ſub iuga ahenea
Sæuo mittere cum ioco:
a Amica. *Ipſum me melior quum peteret* a *Venus,*
Grata detinuit compede Myrtale,
Libertina, fretis acrior Adriæ
Curuantis Calabros ſinus.

Ode XXXIIII.

Dicit ſe qui antea parcè deos coluerit, Epicureæ ſectæ præceptis auſcultans, nunc ſententiam mutare, nunc inani deorum metu perterritum.

Parcus deorum cultor, & infrequens,
b Epicureæ. *Inſanientis* b *dum ſapientiæ*
c Conſiliũ mutare. *Conſultus error, nunc* c *retrorſum*
Vela dare, atque iterare curſus
d Iupiter. *Cogor relictos. namque* d *Dieſpiter*
e Ig. c. fulmine. *Igni* e *coruſco nubila diuidens,*
f Cœlo ſereno: quod Luc. negat fieri poſſe. *Plerunque* f *per purpurum tonantes*
Egit equos, volucremq; currum:
g Immobilis, Ser. *Quo* g *bruta tellus, & vaga flumina,*
h Vnde dicitur eſſe iter ad inferos. *Quo Styx, & inuiſi horrida* h *Tænari*
Sedes, Atlanteuſq; finis.
Concutitur, ualet ima ſummis
Mutare, & inſignem attenuat deus,
i Summos honores. *Obſcura promens. hinc* i *apicem rapax*
Fortuna cum ſtridore acuto
Suſtulit,

Suſtulit, hic poſuiße gaudet.

AD FORTVNAM. Ode XXXV.

Orat Fortunam, ut ſeruet Cæſarem in Britannos ire meditantem.

O Diua, gratum quæ regis Antium,
Præſens, a uel imo tollere de gradu
Mortale corpus, uel ſuperbos
Vertere b funeribus triumphos:
Te pauper ambit ſollicita prece
Ruris colonus: te dominam æquoris,
Quicunque Bithyna laceſſit
Carpathium pelagus carina.
Te Dacus aſper, te profugi Scythæ,
Vrbeſq; genteſq; & Latium ferox,
Regnumq; matres barbarorum, &
Purpurei metuunt tyranni:
Iniurioſo nè pede proruas
Stantem c columnam: neu populus frequens
Ad arma ceſſantes, ad arma
Concitet: imperiumq; frangat.
Te ſemper anteit ſæua Neceſſitas,
Clauos d trabales, & cuneos manu
Geſtans ahena: nec ſeuerus
Vncus abeſt, liquidumq; plumbum.
Te ſpes, & albo rara Fides colit
Velata panno, nec comitem abnegat,
Vt e cunque mutata potens
Veſte domos inimica linquis.
At vulgus infidum, & meretrix retro

a Cui eſt in promptu, & ad manum tollere, &c.
b Commutare fun.
c Columē imperij, Don. in Ter.
d Clauo trabali figere, Cic. pro Confirmare, & conſtabilire.
e Quādocūq; deſeris quos antea beaſti.

Periura cedit: diffugiunt cadis
Cum fęce ſiccatis amici,
Ferre iugum pariter a doloſi.
Serues iterum Cæſarem in b ultimos
Orbis Britannos, & iuuenum recens
Examen c Eois timendum
Partibus, Oceanoq; rubro.
Eheu d cicatricum, & ſceleris pudet,
Fratrumq; quid nos dura refugimus
Aetas? quid intactum nefaſti
Liquimus? unde manus iuuentus
Metu deorum continuit? quibus
Pepercit aris? ò utinam noua.
Incude e diffingas retuſum in
Maſſagetas Arabaſq; ferrum.

a Doloſe agentes in ferendo pariter iugo.
b Vt Virg. Et pen. toto diuiſos orbe Brit.
c Exercitum è iuuenibus.
d In bello ciuili acceptarũ. Fr. Ciuiũ, uel quia interdũ duo fr. contr. erant partiũ.
e Arma aduerſus ciues hebetata diffinges alia ex iiſdem refingas in Maſſ.

Ode XXXVI.

Gratulatur Numidæ amico reditum in patriam, & hortatur ad proſequendum lætitiam hanc largiore potu.

ET thure, & fidibus iuuat
Placare, & uituli ſanguine debito
Cuſtodes Numidæ deos:
Qui nunc Heſperia ſoſpes ab ultima
Caris multa ſodalibus,
Nulli plura tamen diuidit oſcula,
Quàm dulci Lamiæ: memor
Actæ non alio f rege puertiæ,
Mutateq; ſimul togę.
Creſſa g nè careat pulchra dies nota.
Neu promptæ modus amphoræ,

f Magiſtro, & doctore: uel, quo pia amico potẽtiore.
g Cr. i. alba.

Neu a more in Salium ſit requies pedum:
Neu multi Damalis meri
Baſſum Threicia uincat b amyſtide.
Neu deſint epulis roſæ,
Neu viuax apium, neu breue lilium.
Omnes in Damalim putres
Deponent oculos; nec Damalis nouo
Diuelletur adultero,
Laſciuis ederis ambitioſior.

a Neu ceſſem saltare Saliorum more.
b Poculo capaciſſimo. Neu. certet cũ Baſſo magnitudine poe. ſed cũ Numida.

Ode XXXVII.

Sodales ſuos ad lætitiam hortatur ob Acticam uictoriam Auguſti, atque hanc celebrat.

NVnc eſt bibendum, nunc pede libero
Pulſanda tellus: nunc c Saliaribus
Ornare puluinar deorum
Tempus erat dapibus, ſodales.
Ante hac nefas depromere cæcubum
Cellis auitis, dum Capitolio
Regina dementes ruinas,
Funus, & imperio parabat,
Contaminato d cum grege turpium
Morbo uirorum, quidlibet impotens
Sperare, fortunaq; dulci
Ebria: ſed minuit furorem
Vix una ſoſpes nauis ab ignibus:
Mentemq; lymphatam e Mareotico
Redegit in veros timores
Cæſar, ab Italia uolantem
Remis adurgens (accipiter uelut

c Opiparis, a Saliis.
d Cum eunuchis, & cinædis.
e Vino qđ ad Mareotide pal. Aegypti naſcitur.

Molles columbas. aut leporem citus
Venator in campis niualis
Aemoniæ) daret, ut catenis
Fatalem monſtrum. qua generoſius
Perire quærens, nec muliebriter
Expauit enſem, a nec latentes
Claſſe cita reparauit oras.
Auſa, & iacentem uiſere regiam
Vultu ſereno fortis, & aſperas
Tractare ſerpentes: ut atrum
Corpore combiberet uenenum;
Deliberata morte ferocior:
Sæuis Liburnis ſcilicet inuidens,
Priuata deduci ſuperbo
Non humilis mulier triumpho.

a Nec ſe contulit in abditas Aegypti latebras. Q. d. Nec reparauit ſalutem ad illas lat. cõfugiendo.

AD MINISTRUM.

Ode XXXVIII.

Miniſtrum ſuum ſeu famulũ aliud nihil adhibere vult ad externum conuiuij apparatum, quam myrtũ.

Perſicos odi puer b apparatus:
Diſplicent nexæ philyra coronæ;
Mitte ſectari, roſa quo locorum
Sera c moretur.
Simplici myrto nihil d allabores
Sedulus curo. neque te miniſtrum
Dedecet myrtus, neque me, ſub arcta
Vite bibentem.

b Vnguenta, odores coronas ſumptuoſas, & alias cõuiuiorũ. Perſic. delicias.
c Serò naſcẽs, quũ iam alibi defecerit.
d Ne labores vt quicquam addas myrto.

Q. HORATII FLACCI
ODARVM, SEV CARMINVM
LIBER SECVNDVS.

AD C. ASINIVM POLLIONEM.
Ode I.

Aſinium Pollionem monet, ut ſuas de bellis ciuilibus tragœdias tantiſper intermittat, dum publicas res ordinarit. Eum deinde, & illa eius carmina laudat. Cui laudationi deplorationem calamitatis belli ciuilis adiungit.

MOTVM a *ex Metello Conſule ciuicum,*
Belliq; cauſas, & uitia, & modos,
Ludumque Fortunæ, graueſque
Principum amicitias, & arma
Nondum b *expiatis vncta cruoribus,*
Periculoſæ plenum opus aleæ,
Tractas: & incedis per ignes
Suppoſitos cineri doloſo.
Paulum c *ſeueræ muſa tragœdiæ*
Deſit theatris: mox, ubi publicas
Res ordinaris, grande munus
Cecropio d *repetes cothurno,*
Inſigne meſtis præſidium reis,
Et conſulenti Pollio curiæ.

a Bellū ciuile. Q. Metello celere L. Affranio Coſſ.

b Cruēta sāg. ciuili, nōdum expiato.

c Careāt theatra tuis trag. donec quæ in rep. ſunt turbata, in ſuum ordinem reſtitueris.

d Attico.

Cui laurus æternus honores
Dalmatico peperit a triumpho.
Iam nunc minaci murmure cornuum
Perſtringis aures, iam litui ſtrepunt:
Iam fulgor armorum fugaces
Terret equos, equitumq́; vultus.
Audire magnos iam uideor duces
Non b indecoro puluere ſordidos:
Et cuncta terrarum ſubacta,
Preter c atrocem animum Catonis.
Iuno, & deorum quiſquis amicior
Afris, inulta ceſſerat impotens
Tellure: d uictorum e nepotes
Retulit inferias Iugurtha.
Quis non Latino ſanguine pinguior
Campus ſepulcris impia prelia
Teſtatur, auditumq́; Medis
Heſperie f ſonitum ruine?
Qui gurges, aut que flumina lugubris
Ignara belli? quod mare g Daunie
Non decolorauere cedes?
Que caret ora cruore noſtro?
Sed ne, relictis Muſa procax iocis
Cee h retractes munera nenie:
Mecum Dioneo ſub antro
Quere modos leuiore plectro.

a Salone urbe de Dalmatis capta.

b Vtpote quẽ collegerit moriendo pro patria.

c Imperteritũ.

d Africa.

e vict. Ro. poſteros.

f Italicæ.

g Appulorũ & Italiorum.

h Ceæ næniæ, Simonidei carminis retr. Iterum tractes.

AD C. SALLVSTIVM CRISPVM.
Ode II.

Nullam reconditi argenti gratiam eſſe dicit, laudatq; ob liberalitatem in fratres Proculeio, eſ demū, qui cupiditatib. imperare nouit, & regem, & beatum habendam eſſe ait.

Nullus a *argento color eſt auaris*
Abditæ terris b *inimicæ lamnæ*
Criſpe Salluſti, niſi temperato
Splendeat uſu.
Viuet extento Proculeius æuo,
Notus in fratres animi paterni:
Illum aget penna c *metuente ſolui*
Fama ſuperſtes.
Latius regnes, d *auidum domando*
Spiritum, quàm ſi Libyam remotis
Gadibus iungas, & uterque Pœnus
Seruiat uni.
Creſcit e *indulgens ſibi dirus hydrops:*
Nec ſitim pellit, niſi cauſa morbi
Fugerit uenis, & aquoſus albo
Corpore languor.
Redditum Cyri ſolio Phraaten,
Diſſidens f *plebi, numero beato-*
rum eximit uirtus: populumque falſis
Dedocet uti
Vocibus, regnum & diadema tutum
Deferens uni, g *propriamque laurum,*
Quiſquis ingentes oculo irretorto
Spectat aceruos.

a Q d. Nulla eſt argēti gratia, vel perit argēto ſua gratia, niſi &c.
b Quid odiſti laminā in terras defoſſam.
c Quæ cauet ne ſoluatur.
d Cupiditates refrenando.
e Morbū ſuū auget, dū deſiderio ſuo obſequitur.
f Virtus à plebe diſſentiēs, negat habendum eſſe inter beatos.
g Perpetuo, mēſuram lauream.

AD DELIVM. Ode III.

Neq; demittendũ aduerſi,neq; efferendũ ſecundis rebus eſſe animũ:ſed hilariter uiuendũ,& genio indulgendũ:quũ æqua ſit omnibus moriendi conditio, nõ minus ijs,qui hilarẽ,quã ijs,qui triſtem uitã egerint.

a Aequo animo ferre res aduerſas memento, & in proſperis lætitia inſolẽti nõ efferri:o Deli, q. moriturus es, ſeu mœſtus, &c.

b Falerno interius recõdito, & notã appoſitam habẽte qua commendetur.

c Parcarum.

d Pro lauat.i. alluit.

e Exaggeratis in altã molẽ.

f Cõpellimur.

g Ἐν τῷ ὀνόματι ... Omne capax mouet urna nomen.

h Ser. Siue ſer. ſiue or. Vel, Alijs ſer. alijs &c.

Aequam a memento rebus in arduis
Seruare mentem,non ſecus in bonis
Ab inſolenti temperatam
Lætitia:moriture Deli,
Seu mæſtus omni tempore uixeris,
Seu te in remoto gramine per dies
Feſtos reclinatum bearis
Interiore b nota Falerni:
Quà pinus ingens albaq; populus
Vmbram hoſpitalem conſociare amant
Ramis,& obliquo laborat
Lympha fugax trepidare riuo.
Huc uina,& unguenta,& nimium breues
Flores amœnæ ferre iubeto ſæ.
Dum res & ætas,& c ſororum.
Fila trium patiuntur atra.
Cedes coemptis ſaltibus,& domo,
Villaq; flauus quam Tiberis d lauit,
Cedes.& e extructis in altum
Diuitijs potietur hæres,
Diuéſne,priſco natus ab Inacho,
Nil intereſt,an pauper & infima
De gente ſub dio moreris,
Victima nil miſerantis Orci.
Omnes eodem f cogimur.omnium
Verſatur g urna:h ſerius,ocyus

Sors

Sors exitura, & nos in æternum
Exilium impoſitura a cymbe. a Cymba.

AD XANTHI AMPHOCEUM.
Ode IV.

Nō eſſe, quod cū pudeat amore ancillæ teneri, quū idem magnis ducibus olim uſu uenerit: & ex eius moribus coniectura fieri poſſi:, honeſto loco eſſe natam.

NE b ſit ancillæ tibi amor pudori, b Ne, principio od. 3 3. l. 1.
Xanthia Phoceu, c prius d inſolentem c Prol.
Serua Briſeeis niueo colore d Elatum, & ferocem.
Mouit Achillem,
Mouit Aiacem Telamone natum e Caſſandra Priami filia,
Forma captiuæ dominum Tecmeſſæ, f Achille, uel Neop. eius filio.
Arſit Atrides medio in triumpho
Virgine e rapta,
Barbaræ poſtquam cecidere turmæ g Fecit vt facilius poſſent euerti.
Theſſalo f uictore, & ademptus Hector
Tradidit g feſſis leuiora tolli h Fortaſſe Ph. nob & pot. parentibus orta eſt, & quibus decoreris: defiet ſaltem ipſa reg. g.
Pergama Graijs.
Neſcias h ante generum beati
Phyllidis flauæ decorent parentes.
Regium certè genus, & penates.
Mæret iniquos.
Crede non illam tibi de ſceleſta i Quæ lucrum auerſetur.
Plebe delectam, neque ſic fidelem, K Intactus amore illius.
Sic i lucro auerſam potuiſſe naſci l Caue. ne id ſuſp. de me. quum ſim natus an. 40 Vel per par. Trep. feſtinauit.
Matre pudenda
Brachia, & vultum tereteſq; ſuras
Integer k laudo. l fuge ſuſpicari,
Cuius octauum trepidauit ætas.
Claudere luſtrum.

Ode V.

Ab amore virginis immaturæ ſeu nondũ uiro tempeſtiuæ (quam Lalagen vocat) dehortatur uel amicorũ quempiam, vel (vt quidam ſuſpicantur) ſeipſum.

a Allegoria a iuuenca nondum iugum paſſa.

N Ondum a ſubacta ferre iugum ualet
Ceruice: nondum munia comparis
Aequare, nec tauri ruentis
In Venerem tolerare pondus.
Circa uirentes eſt animus tuæ
Campos iuuencæ, nunc fluuijs grauem
Solantis b *æſtum, nunc in udo*
Ludere cum uitulis ſalicto
Pregeſtientis. tolle cupidinem
Immitis uuæ: c *iam tibi liuidos*
Diſtinguet autumnus racemos
Purpureo varius colore:
Iam te ſequetur. currit enim ferox
Aetas: & illi, quos tibi dempſerit.
Apponet d *annos. iam proterua*
Fronte petat Lalage maritum:
Dilecta, quantum non Pholoe fugax,
Non Chloris: albo ſic humero nitens,
Vt pura nocturno renidet
Luna mari, Cnidiusve Gyges:
Quem ſi puellarum inſereres choro,
Mirè ſagaces e *falleret hoſpites*
Diſcrimen obſcurum ſolutis
Crinibus, f *ambiguoq; uultu.*

b Leuantis.

clamiã. Mox. Breue tempus illã Virg. nũc Imaturã, reddet maturam.

d Florẽtis ętatis. Quantũ illa floreſcet ętatẽ, tu tantum ingraueſcer.

e Ab hoſpitĩ ternoſci non poſſet ob ſaſtẽ differentiã.

f Qui icertos de ſexu redderet.

AD

AD SEPTIMIVM. Ode VI.

Tiburtinæ,& Tarentinæ regionis amęnitatē commēdat,& in hac,ſi in illa nō poſſit,ſe libenter cum Septimio extremum ætatis tempus peracturum dicit.

Septimi,Gades aditure mecum,& — a Iugo noſtro nō aſſuetum.
Cantabrum a *indoctum iuga ferre noſtra,&*
Barbaras Syrtes,ubi Maura ſemper
Aeſtuat unda: — b Conditum a Tiburno Arg.
Tibur Argeo b *poſitum colono,* — c Finis nauigationum,& itinerum.
Sit meę ſedes utinam ſenectę:
Sic c *modus laſſo maris,& uiarum.*
Militięq́;. — d Al. Galeſū. Eſt autem in Clabria.
Vnde ſi Parſę prohibent iniquę,
Dulces pellitis ouibus d *Galeſi* — e Tarentina.
Flumen,& regnata petam Laconi — f Arridet,Placet.
Rura e *Phalanto.*
Ille terrarum mihi pręter omnes — g Cedunt,Cymerijs, Inferiora ſunt.
Angulus f *ridet. ubi non Hymetto*
Mella g *decedunt:uiridiq́; certat* — h Cuius oliuæ certāt cum Venafranis.
Baccha h *Venafro:*
Ver ubi longum,tepidasq́; prębet — i Fortaſſe collis Tarēt. uicinus.
Iupiter brumas,& amicus i *Aulon*
Fertili Baccho, minimum Falernis — k Habet vuas qua faciūt ut non inuideat Fal.
Inuidet k *uuis,*
Ille mecum locus,& beatę
Poſtulant arces, ibi tu calentem — l ibi meos cin. lac. cōſperget.
Debita ſparges lacryma l *fauillam*
Vatis amici,

AD POMPEIVM VARVM.
Ode VII.

Pompeio Varo, ſuo olim commilitoni, reditum e militia gratulatur: eumque ad conuiuium inuitat, in quo ſuam lætitiam largis poculis teſtetur.

O Sæpe mecum tempus in ultimum
Deducte, Bruto militiæ duce,
Quis te redonauit quiritem
Dijs patrijs, Italoq; cœlo,
Pompei, meorum prime ſodalium?
Cum quo a morantem ſæpe diem mero
Fregi, coronatus nitentes
Malobathro b *Syrio capillos.*
Tecum Philippos, & celerem fugam
Senſi, relicta c *non bene parmula,*
Quum fracta uirtus, & minaces
Turpe d *ſolum* e *tetigere mento,*
Sed me per hoſtes Mercurius celer
Denſo pauentem ſuſtulit f *aere:*
Te rurſus in bellum reſorbens
Vnda fretis tulit æſtuoſis.
Ergo g *obligatam redde Ioui dapem:*
Longaq; feſſum militia latus
Depone ſub lauru mea: nec
Parce cadis tibi h *deſtinatis.*
Obliuioſo i *leuia Maſſico*
Ciboria k *exple: funde capacibus*
Vnguenta de conchis. quis udo
Deproperare apio coronas
Curatve myrto? quem l *Venus* m *arbitrum*

a Diei qui longior ſolito uidebatur, partē poculis impēdi.
b Mal. Vngu.
c Non b. Turpiter.
d Turpe q lā per parēth. intell. aduer. Tetigiſ. occubuerunt.
e Sic Vir. ven. obſcuro aere ſepſit.
g Votum, Promiſſam.
h Tibi addictis
i Obliuionē curarum afferente.
k Cib. Vaſa.
l Talorum iactus Venere.
m Arb. Moderatorē compotationis.

Dicet

Dicet bibendi? non ego ſanius
Bacchabor a *Edonis.* b *recepto*
Dulce mihi c *furere eſt amico.*

a Ed. Thrac. pop
b Rec. Recuperato.
c Fur. Vſq; ad furorem potare.

IN BARINEM MERETRICEM. Ode VIII.

Non eſſe mirum ſi peierare non timeat, quum nullas periuriorum det pœnas, ſed potius ex ijs pulchrior euadat.

Vlla ſi d *iuris* e *tibi peierati*
Pœna, Barine, nocuiſſet vnquam,
Dente ſi nigro fieres uel uno
Turpior ungui,
Crederem. f *ſed tu, ſimul obligaſti*
Perfidum g *uotis caput, eniteſcis*
Pulchrior multo, iuuenumq; prodis
Publico h *cura.*
Expedit matris i *cineres opertos*
Fauere, & toto taciturna noctis
Signa cum cœlo, gelidaq; diuos
Morte carentes.
k *Ridet hoc (inquam) Venus ipſa, ridens*
Simplices nymphæ, ferus, & Cupido,
Semper ardentes acuens ſagittas
Cote cruenta.
Adde quod pubes tibi creſcit omnis,
Seruitus creſcit noua, l *nec priores*
Impiæ tectum dominæ relinquunt,
Sæpe minati.
Te ſuis matres metuant m *iuuencis,*
Te ſenes parci. Miſeræq; nuper
Virgines

d Periurij.
e Abs re.
f Tibi iuranti.
g Per caput tuum perfide iuraſti.
h Talis ut ab oĩbus iun. publicè ameris.
i Per matris manes falſum iurare, & per ſidera, &c.
k Tib. Periuria ridet amãtum Iupiter.
l Amatorum numerus augetur.
m Filijs adoleſcentulis.

Virgines nuptæ,tua a ne retardet
Aura maritos.

AD VALGIVM Ode IX.

Eum hortatur vt Myſtæ pueri mortem aliquando tandem flere deſinat.

N*On ſemper imbres nubibus hiſpidos*
Manant in agros, aut mare Caſpium
Vexant inæquales procellæ
Vſque:nec Armeniis in oris
Amice Valgi ſtat glacies b *iners*
Menſes per omnes : aut aquilonibus
Querceta Gargani laborant ,
Et foliis c *uiduantur orni.*
Tu ſemper vrges flebilibus modis
Myſten ademptum : d *nec tibi ueſpero*
Surgente decedunt amores,
Nec rapidum fugiente ſolem.
At non e *ter æuo functus amabilem*
Plorauit omnes Antilochum ſenex
Annos : nec impubem parentes
Troilon, aut Phrygiæ ſorores
Fleuere ſemper. f *deſine mollium*
Tandem querelarum,& potius noua
Cantemus Auguſti trophea
Cæſaris, & rigidum g *Niphaten.*
Medumq; flumen gentibus additum
Victis,minores uoluere uortices,
Intraq; præſcriptum h *Gelonos*
Exiguis equitare campis.

a Ne mariti tua uenuſtate uelut afflati, aliquid de ſuo in ipſas amore remittant.

b Ab effectu.

c Spoliantur.

d Nec ueſperi nec mane ceſſas deflere tuos amores.

e Neſtor, q tres ætates uixit.

f Vt Gr. λῆγε ὀδυρμῶν.

g Niph. Arm. & Medũ Mediæ fluuius, quaſi ſẽtiẽtes ſe cum Medis, & Arm. uectos, ſuos curſus cõtrahere.

h Gel. popu. Scythiæ Europæ.

AD LICINIVM. Ode X.

Mediocritatem,& animi in utraque fortuna æquã-bilitatem,ad beatè uiuendum aptas eſſe.

REctius uiues,Licini,neque a altum
Semper urgendo:neque,dum procellas
Cautus horreſcis, nimium premendo
Littus iniquum.
Auream quiſquis mediocritatem
Diligit,tutus caret obſoleti
Sordibus tecti, caret b inuidenda
Sobrius aula.
Sæpius ventis agitatur ingens
Pinus: & celſæ c grauiore caſu
Decidunt turres: feriuntq; ſummos
Fulmina montes.
Sperat d infeſtis, metuit ſecundis
Alteram ſortem bene e præparatum
Pectus. f informes hyemes reducit.
Iupiter, idem
Summouet non,ſi malè nunc,& olim
Sic erit. g quondam cithara tacentem
Suſcitat muſam,h neque ſemper arcum
Tendit Apollo.
Rebus anguſtis animoſus atque
Fortis apparet: ſapienter idem
Contrahes uento nimium ſecundo
Turgida vela.

a In alto mari nauigando.

b Inuidiæ obnoxia, Inuidioſa.

c Tollũtur in altum, Vt lapſu grauiore ruant.

d In reb. aduerſis.

e Ad omnem euentum præmunitus animus.

f Deformãte omnia.

g Interdum.

h Neque ſem. eſt iratus ut Condito lenis placiduſq; telo.

AD

AD Q. HIRRINVM. Ode XI.

Hilariter viuendum eſſe potius quam fatigandum animum curis rerum futurarum.

	QVid bellicoſus Cantaber, & Scythes,
	Hirpine Quinti, cogitet Adria
a Seiunctus à nobis.	Diuiſus a obiecto, remittas
b Anxius ſis de ijs, quæ uitę ſunt neceſſ.	Quærere: nec b trepides in vſum
	Poſcentis æui pauca: fugit retro
	Leuis iuuentas, & decor, arida
	Pellente laſciuos amores
	Canitie, facilemq; ſomnum.
	Non ſemper id floribus eſt honos
c Qualemcunque ſedem uel locum ex tempore prębebit humus.	Vernis, neque uno Luna rubens nitet
	Vultu, quid æternis minorem
	Conſilijs animum fatigas?
	Cur non ſub alta uel platano, uel hac
d Bacchus.	Pinu iacentes c ſic temere, & roſa
e Tẽperabit.	Canos odorati capillos,
f Aqua riui aut fl. prætereuntis.	Dum licet, Aſſyriaq; nardo,
	Potamus uncti? diſſipat d Euius
g Minimè obuiũ cuius edes à uia publica ſunt remotæ.	Curas edaces, qui puer ocyus
	Reſtinguet e ardentis Falerni
h Ma. venire vel, co. in modum cõptũ more Lac. i. negligenter. Al. incomptum.	Pocula f prætereunte lympha?
	Quid g deuium ſcortum elicet domo,
	Lyden? eburna, dic age, cum lyra
	Maturet, h incomptum Lacenæ
	More comam religata nodum.

AD MOECENATEM.

Ode XII.

Lyricorum verſuum mollitiei res graues, & tragicas non conuenire, ſoluta autem oratione res geſtas Auguſti Mœcenatem ipſum melius perſcripturum: ſe nihil poſſe præter Liciniæ formam canere.

Nolis a longa feræ bella Numantiæ,
Nec dirum Annibalem, nec Siculũ mare,
Pœno purpureum ſanguine, mollibus
Aptari citharę modis.
Nec b *ſæuos Lapithas, & nimium mero*
Hylæum, c *domitoſq́; Herculea manu*
Telluris d *iuuenes. unde periculum*
Fulgens contremuit domus
Saturni ueteris. tuq́; d *pedeſtribus*
Dices hiſtoriis prælia Cęſaris
Mæcenas melius, f *ductaq́; per uias*
Regum colla minantium.
Me dulces dominæ Muſa g *Licinię*
Cantus, me uoluit dicere h *lucidum*
Fulgentes oculos, & bene mutuis
Fidum pectus amoribus:
Quam i *nec ferre pedem dedecuit choris,*
Nec certare ioco, nec dare brachia
Ludentem nitidis uirginibus, ſacro
Dianę celebris die.
Num tu, quę tenuit diues Achęmenes,
Aut pinguis Frygię Mygdonias opes,
Permutare uelis crinire Lycinię?
Plenas aut Arabum domos?

a Ne iubeas.
b Q. d. nihilo magis quam Lap.
c Hyl. Centaurum.
d Terrę fil. gi.
e Soluta orat. ſcriptis.
f Ducta ĩ triũphum.
g Vel, Licinię, Al. Lycymniæ. ſic paulo poſt.
h Lucidè ful.
i Q. iã nõ ded. ſaltare, &c. quę eius ætati, & formæ hęc cõueniant. Vel. Quæ dicẽtes hæc fecit.

D Dum

a Al. flagrãtia. *Dum a fragrantia detorquet ad oſcula*
Ceruicem, aut facili ſæuitia negat.
b Quæ oſc. magis gaudeat ſibi eripi quam gaudet ille ipſe q. ea poſcit. *Quæ* b *poſcente magis gaudeat eripi:*
Interdum rapere occupet.
Interdũ prior illa rapiat.

IN ARBOREM, CVIVS CASV in agro Sabino penè oppreſſus eſt.
Ode XIII.

Execratus arborẽ, cuius caſu, dũ in ſuo agro eſſet, penè oppreſſus fuerat, inde ꝓbat circũſtare mortales in horas pericula mortis, à quibus minimè ſibi timẽdum eſſe putent. Tandemq; poſtquam dixit parũ abfuiſſe quin videret apud inferos Sapphonẽ, & Alcęũ, vtriuſque carmina (ſed Alcęi præſertim) ipſis etiam vmbris ſummam admirationem mouere, ait.

ILle, & nefaſto te poſuit die,
Quicunque primùm, & ſacrilega manu
c Poſterorum *Produxit arbos, in* c *nepotum*
Perniciem, opprobriumq; pagi.
d Sic, & Cic. loq. *Illum, & parentis crediderim ſui*
Fregiſſe d *ceruicem, &* e *penetralia*
e In penet. domus hoſpitẽ occidiſſe. *Sparſiſſe nocturno cruore*
Hoſpitis; ille uenena Colchi-
-ca, & quicquid vſquam concipitur nefas,
f Quod tandẽ caſurum eras. *Tractauit: agro qui ſtatuit meo*
Te triſtæ lignum, te f *caducum*
g Caute ꝓſpectũ Et ĩ horas poſſit iũgi cũ Vitet. *In domini caput immerentis.*
Quid quiſque vitet, nunquam homini ſatis
Cautum g *eſt in horas: nauita Boſporum*
h Hic met. ali tribr. pro dactylo. *Pœnus perhorreſcit, neque ultra*
Cęca h *timet aliunde fata:*
Miles ſagittas, & celerem fugam

Parthi:

Parthi: catenas Parthus, & Italum
Robur, ſed a improuiſa lethi
Vis rapuit rapietq; gentes.
Quam penę furuę regna Proſerpinę,
Et iudicantem uidimus Aeacum,
Sedeſq; deſcriptas piorum, &
Aeolijs fidibus querentem
Sappho puellis b de popularibus:
Et te ſonantem c plenius aureo.
Alcæe plectro dura nauis
Dura d fugæ mala, dura belli,
Vtrunq; ſacro digna ſilentio
Mirantur umbræ dicere: ſed magis
Pugnas, & e exactos tyrannos
Denſum humeris f bibit aure vulgus.
Quid g mirum? vbi illis carminibus ſtupens
Demittit atras h bellua centiceps
Aures, & intorti capillis
Eumenidum recreantur angues?
Quin & Prometheus, & Pelopis parens
Dulci i laborum decipitur ſono:
Nec curat Orion leones
Aut timidos agitare lyncas.

a Aqua ſibi cauendũ eſſe neſciunt.

b Lesbijs.

c grauiore car. & plus neruorum habente.

d Exilij, ut gr. φυγῆς.

e Expulſos.

f Auidiſſimè audit Dixi.

g Q de umbris.

h Cerberus.

i Non eſt hic hellen, qui creditur.

AD POSTHVMVM. Ode XIIII.

Qum mors maneat omnes, ac ſit omnino ineuitabilis, non eſſe defraudandum. Poſthumo ſuum genium parcendo bonis quibus hæres abutetur.

EHeu fugaces, Poſthume, Poſthume,
Labuntur anni: nec pietas moram
Rugis, & inſtanti ſenectæ

Affert, indomitęq; morti.
Non ſi tricenis, quotquot eunt dies,
Amice places illacrymabilem
Plutona tauris: qui a ter amplum
Geryonem Tityonque triſti
Compeſcit b vnda ſcilicet omnibus,
Quicunque terræ munere veſcimur,
Enauiganda: ſiue reges,
Siue inopes erimus coloni.
Fruſtra cruento Marte carebimus,
Fractiſq; rauci fluctibus Adriæ:
Fruſtra per autumnos nocentem
Corporibus d metuemus Auſtrum
Viſendus ater flumine languido
Cocytus errans, & Danai e genus
Infame, damnatuſque longi
Siſyphus Aeolides laboris.
Linquenda tellus, & domus, & placens
Vxor: neque harum quas colis arborum
Te, præter inuiſas cupreſſos,
Vlla f breuem dominum ſequetur.
Abſumet hæres cæcuba dignior,
Seruata g centum clauibus: & mero
Tinget h pauimentum ſuperbum,
Pontificum potiore cœnis.

a Tricipitē, ex Heſiodo, uel tricorporem.
b Vnda naui.
c Prælia uitabimus, & mare.
d Vitabimus.
e Filiæ ſſ meis cæde ſuorum maritorum.
f Br. d. futurū. Vel, Qui fueris breuis do.
g A te ſer.
h Tātum aberit, ut eius potui parcat.

Ode XV.

Luxum circa ædificia ingentem reprehendit, & veterum contra frugalitatem commemorat.

IAm pauca aratro iugera regiæ
Moles i relinquent, undique latius

i Vt Cic. Subſtructionē inſanæ moles.

Extenta

Extenta uiſentur Lucrino
Stagna lacu: platanusq́; a celebs
Euincet b *ulmos tum uiolaria, &*
Myrtus, & omnis copia narium,
Spargent oliuetis odorem,
Fertilibus domino priori.
Tum ſpiſſa ramis laurea c *feruidos*
Excudet ictus non ita Romuli
Præſcriptum, & intonſi Catonis
Auſpicijs, ueterumq́; norma.
Priuatus illis cenſus erat breuis,
Commune, d *magnum,* e *nulla decempedis*
Metata priuatis opacam
Porticus excipiebat Arcton,
Nec fortuitum ſpernere ceſpitem
Leges ſinebant, oppida publico
Sumptu iubentes, & deorum
Templa nouo decorare ſaxo.

a Quę non ſolet maritari uitiut ulmus.
b Frequentior erit vlmis, & ex oliuetis fient violaria, myrteta, &c.
c Ardorem radiorum ſolis vmbra ſua accedit.
d Vt Gr. τὸ κοινὸν. Pub. res, magna.
e Nemo prius tam domum ædificans, x. pedum porticum ſeptentr. obiectum metabatur.

AD GROSPHVM. Ode XVI.

Tranquillitatem animi optari ab omnibus, eam uerò non cōgerendis opibus, honoribuſve, ſed coercendis cupiditatibus comparari.

Ocium f *diuos rogat in patenti.*
Prenſus g *Aegeo, ſimul atra nubes*
Condidit Luna, neque certa fulgent
Sidera nautis.
Ocium bello furioſa Thrace,
Ocium Medi pharetra decori,
Groſphe, non gemmis, neque purpura venale, nec auro.

f Quietem, vel Vitā quietam & tranquillam.
g Pr. A tempeſtate interceptus.

a Laqueatib. ornatas domos diuitum.
d Beatè viuit ab eo cui p.

Non enim gazę neque conſularis
Summouet lictor miſeros tumultus
Mentis, & curas a laqueata circum
Tecta uolantes:
Viuitur paruo b bene, cui paternum
Splendet in menſa tenui ſalinum:
Nec leues ſomnos timor aut cupido
Sordidus aufert.

c Affectamus. Quidã, appetimus.
d Quis, relinquẽdo patriã, ſuos etiã illos tumultus mẽtis, & curas reliquit?
e Sic O.1.l.1. ſed timor, & minę Scandunt, &c.
f O.8.l.3. Dona præſentis capeletus horæ.
g Quod futurum eſt.

Quid breui fortes c iaculamur ęuo
Multa? quid terras alio calentes
Sole mutamus? d patrię quis exul
Se quoque fugit?
Scandit e ęratas uitioſa naues
Cura: nec turmas equitum relinquit,
Ocyor ceruis, & agente nimbos
Ocyor Euro.
Lętus f in præſens animus, g quod ultra eſt
Oderit curare: & amara læto
Temperet riſu. Nihil eſt ab omni
Parte beatum.
Abſtulit clarum cita mors Achillem,
Longa Tithonum minuit ſenectus:

h Producet.
i Piſce ex cuius ſang. conſici ſolitus color purpure'.
k Venã è Graia eam deriuatam.

Et mihi forſan, tibi quod negarit,
Porriget h hora.
Te greges centum Siculæq; circum
Mugiunt vaccæ, tibi tollit hinnitum apta quadrigis equa, te bis Afro
Murice i tinctę
Veſtiunt lanę: mihi parua rura, &
Spiritum K Graię tenuem camænæ

Parcę

Parcæ non mendax dedit, & malignum
Spernere uulgus.

AD MOECENATEM AEGROTVM. Ode XVII.

Tantum eſſe inter ſe, & Męcenatem animorum cō iunctionem dicit, ut eum animę ſuę partem exiſtimet ſine qua uiuere nec poſſit, nec uelit.

Cur me querelis exanimas tuis?
Nec a dijs *amicum eſt nec mihi, te prius*
Obire, Męcenas, mearum
Grande decus b *columenq; rerum.*
Ah, te meę ſi partem animæ rapit
Maturior uis, c *quid moror altera:*
Nec carus æquè, nec ſuperſtes
Integer? ille dies vtramque
Ducet ruinam, non ego perfidum
Dixi ſacramentum ibimus, ibimus,
Vt d *cunque præcedes,* e *ſupremum*
Carpere iter comites parati. —
Me nec Chimærę ſpiritus igneę,
Nec ſi reſurgat centimanus f *Gyas,*
Diuellet g *unquam: ſic potenti*
Iuſtitiæ placitumq; Parcis
Seu h *Libra ſeu me* i *Scorpius aſpicit*
Formidoloſus, pars uiolentior
Natalis horę ſeu tirannus
Heſperię k *Capricornus vndę:*
Vtrunque noſtrum incredibili modo
Conſentit aſtrum te Iouis impio
Tutela l *Saturno refulgens*

a Non places dijs.
b Vt o. 1. l. 1. O & præſid. & dulce decus meum.
c Quid ego, q. sū altipars nō ſtatim ſequor quum nec c. ę. nec ī teg. ſim ſuguicturus?
d Quandocūque.
e Extremum vitę diem tecum obire.
f Al. Gyges, & gigas.
g Abſtrahet à te.
h In quocūq: ſigno ſit me horoſcop. conuenit tuo.
h Lib. Venus.
i Scorp. Mars.
k Capr Satur.
l Sat. ſtella pericula affert, ſed euincitur ſuper fulgente Iouis ſtella. Por.

AD Q. HIRPINVM. Ode XI.

Hilariter viuendum eſſe potius quam fatigandum animum curis rerum futurarum.

QVid bellicoſus Cantaber, & Scythes,
Hirpine Quinti, cogitet Adria
Diuiſus a obiecto, remittas
Quærere: nec b trepides in vſum
Poſcentis æui pauca fugit retro
Leuis iuuentas, & decor, arida
Pellente laſciuos amores
Canitie, facilemq́; ſomnum.
Non ſemper id floribus eſt honos
Vernis, neque uno Luna rubens nitet
Vultu, quid æternis minorem
Conſilijs animum fatigas?
Cur non ſub alta uel platano, uel hac
Pinu iacentes c ſic temere, & roſa
Canos odorati capillos,
Dum licet, Aſſyriaq́; nardo,
Potamus uncti? diſſipat d Euius
Curas edaces, qui puer ocyus
Reſtinguet e ardentis Falerni
Pocula f præter eunte lympha?
Quid g deuium ſcortor elicet domo,
Lyden? eburna, dic age, cum lyra
Maturet, h incomptum Lacenæ
More comam religata nodum.

a Seiunctus à nobis.
b Anxius ſis de ijs, quæ uitæ ſunt neceſſ.
c Qualemcunque ſedem uel locum ex tempore prębebit humus.
d Bacchus.
e Têperabit.
f Aqua riui aut fl. prætereuntis.
g Minimè obuiũ cuius edes à uia publica ſunt remotæ.
h Ma. venire rel. co. in modum comptũ more Lac. i. negligenter. Al. in comptum.

AD MOECENATEM.
Ode XII.

Lyricorum verſuum mollitiei res graues, & tragicas non conuenire, ſoluta autem oratione res geſtas Auguſti Mœcenatem, ipſum melius perſcripturum: ſe nihil poſſe præter Liciniæ a formam canere.

Nolis a longa feræ bella Numantiæ,
Nec dirum Annibalem, nec Siculũ mare,
Pœno purpureum ſanguine, mollibus
Aptari citharę modis.
Nec b *ſæuos Lapithas, & nimium mero*
Hylæum, c *domitoſq; Herculea manu*
Telluris d *iuuenes, unde periculum*
Fulgens cotremuit domus
Saturni ueteris. tuq; d *pedeſtribus*
Dices hiſtoriis prælia Cęſaris
Mæcenas melius, f *ductaq; per uias*
Regum colla minantium.
Me dulces dominæ Muſa g *Licinię*
Cantus, me uoluit dicere h *lucidum*
Fulgentes oculos, & bene mutuis
Fidum pectus amoribus:
Quam i *nec ferre pedem dedecuit choris,*
Nec certare ioco, nec dare brachia
Ludentem nitidis uirginibus, ſacro
Dianę celebris die.
Num tu, quę tenuit diues Achęmenes,
Aut pinguis Frygię Mygdonias opes,
Permutare uelis crinire Lycinię?
Plenas aut Arabum domos?

a Ne iubeas.
b Q.d. nihilo magis quam Lap.
c Hyl. Centaurum.
d Terrę fil. gi.
e Soluta orat. ſcriptis.
f Ducta ĩ triũphum.
g Vel, Licinię, Al. Lycymniæ. ſic paulo poſt.
h Lucidè ful.
i Quã nõ ded. ſaltare, &c. quæ eius ætati, & formæ hęc cõueniant. Vel, Quæ dicẽtes hæc fecit.

Digitized by Google

a Al. flagrãtia.

Dum a fragrantia detorquet ad oſcula
Ceruicem, aut facili ſæuitia negat.
Quæ b *poſcente magis gaudeat eripi:*
Interdum rapere occupet.

b Quæ oſc. magis gaudeat ſibi eripi quam gaudet ille ipſe q̃ ea poſcit. Interdũ prior illa rapiat.

IN ARBOREM, CVIVS CASV *in agro Sabino penè oppreſſus eſt.*

Ode XIII.

Execratus arborẽ, cuius caſu, dũ in ſuo agro eſset, penè oppreſsus fuerat, inde ꝓbat circũſtare mortales in horas pericula mortis, à quibus minimè ſibi timẽdum eſse putent. Tandemq; poſtquam dixit parũ abfuiſse quin videret apud inferos Sapphonẽ, & Alcęũ, vtriuſque carmina (ſed Alcęi præſertim) ipſis etiam vmbris ſummam admirationem mouere, ait.

ILle, & nefaſto te poſuit die,
Quicunque primùm, & ſacrilega manu
Produxit arbos, in c *nepotum*
Perniciem, opprobriumq; pagi.
Illum, & parentis crediderim ſui
Fregiſſe d *ceruicem, & * e *penetralia*
Sparſiſſe nocturno cruore
Hoſpitis; ille uenena Colchi-
-ca, & quicquid vſquam concipitur nefas,
Tractauit: agro qui ſtatuit meo
Te triſtæ lignum, te f *caducum*
In domini caput immerentis.
Quid quiſque vitet, nunquam homini ſatis
Cautum g *eſt in horas: nauita Boſporum*
Pœnus perhorreſcit, neque ultra
Cęca h *timet aliunde fata:*
Miles ſagittas, & celerem fugam

c Poſterorum

d Sic, & Cic. loq.

e In penet. domus hoſpitẽ occidiſse.

f Quod tandẽ caſurum eras.

g Caute ꝓſpectũ Et ĩ horas poſſit iũgi cũ Vitet.

h Hic met. ali tribr. pro dactylo.

Parthi:

Parthi: catenas Parthus, & Italum
Robur, ſed a improuiſa lethi
Vis rapuit rapietq; gentes.
Quam penè furuę regna Proſerpinę,
Et iudicantem uidimus Aeacum,
Sedeſq; deſcriptas piorum, &
Aeolijs fidibus querentem
Sappho puellis b de popularibus:
Et te ſonantem c plenius aureo.
Alcæe plectro dura nauis
Dura d fugæ mala, dura belli,
Vtrunq; ſacro digna ſilentio
Mirantur umbræ dicere: ſed magis
Pugnas, & e exactos tyrannos
Denſum humeris f bibit aure vulgus.
Quid g mirum? vbi illis carminibus ſtupens
Demittit atras h bellua centiceps
Aures, & intorti capillis
Eumenidum recreantur angues?
Quin & Prometheus, & Pelopis parens
Dulci i laborum decipitur ſono:
Nec curat Orion leones
Aut timidos agitare lyncas.

a Aqua ſibi cauendū eſſe neſciunt.
b Lesbijs.
c grauiore car. & plus neruorum habente.
d Exilij, ut gr. φυγῆς.
e Expulſos.
f Auidiſſimè audit Dixi.
g Qđ de umbris.
h Cerberus.
i Non eſt hic hellen, qui creditur.

AD POSTHVMVM. Ode XIIII.

Quum mors maneat omnes, ac ſit omnino ineuitabilis, non eſſe defraudandum. Poſthumo ſuum genium parcendo bonis quibus hæres abutetur.

EHeu fugaces, Poſthume, Poſthume,
Labuntur anni: nec pietas moram
Rugis, & inſtanti ſenectæ

Affert, indomitęq; morti.
Non ſi tricenis, quotquot eunt dies,
Amice places illacrymabilem
a Tricipitẽ, cũ Heſiodo, uel tricorporem. *Plutonę a tauris: qui a ter amplum*
Geryonem Tityonque triſti
b Vnda naui. *Compeſcit* b *unda ſcilicet omnibus,*
Quicunque terræ munere veſcimur,
Enauiganda: ſiue reges,
c Prælia uitabimus, & mare. *Siue inopes erimus coloni.*
Fruſtra cruento Marte carebimus,
Fractiſq; rauci fluctibus Adriæ:
Fruſtra per autumnos nocentem
d Vitabimus. *Corporibus* d *metuemus Auſtrum*
e Filiæ ſ. mes cæde ſuorum maritorum. *Viſendus ater flumine languido*
Cocytus errans, & Danai e *genus*
Infame, damnatuſque longi
Siſyphus Aeolides laboris.
Linquenda tellus, & domus, & placens
Vxor: neque harum quas colis arborum
Te, præter inuiſas cupreſſos,
f Br. d. futurũ. Vel, Qui fueris breuis do. *Vlla* f *breuem dominum ſequetur.*
Abſumet hæres cæcuba dignior,
g A te ſer. *Seruata* g *centum clauibus: & mero*
h Tãtum aberit, ut eius po-tui parcat. *Tinget* h *pauimentum ſuperbum,*
Pontificum potiore cœnis.

Ode XV.

Luxum circa ædificia ingentem reprehendit, & veterum contra frugalitatem commemorat.

i Vt Cic. Subſtructionẽ inſanas moles. *IAm pauca aratro iugera regiæ*
Moles i *relinquent, undique latius*

Extenta

Extenta uiſentur Lucrino
Stagna lacu: platanusq; a celebs
Euincet b *ulmos tum uiolaria, &*
Myrtus, & omnis copia narium,
Spargent oliuetis odorem,
Fertilibus domino priori.
Tum ſpiſſa ramis laurea c *feruidos*
Excudet ictus non ita Romuli
Præſcriptum, & intonſi Catonis
Auſpicijs, ueterumq; norma.
Priuatus illis cenſus erat breuis,
Commune, d *magnum,* e *nulla decempedis*
Metata priuatis opacam
Porticus excipiebat Arcton,
Nec fortuitum ſpernere ceſpitem
Leges ſinebant, oppida publico
Sumptu iubentes, & deorum
Templa nouo decorare ſaxo.

a Quę non ſolet maritari uitiut ulmus.
b Frequentior erit vlmis, & ex oliuetis fient violaria, myrteta, &c.
c Ardorem radiorum ſolis vmbra ſua accedit.
d Vt Gr. τὸ κοινόν. Pub. res, magna.
e Nemo prius tam domum ædificans, x. pedum porticum ſeptentr. obiectum metabatur.

AD GROSPHUM. Ode XVI.

Tranquillitatem animi optari ab omnibus, eam uerò non cōgerendis opibus, honoribuſve, ſed coercendis cupiditatibus comparari.

Ocium f *diuos rogat in patenti.*
Prenſus g *Aegeo, ſimul atra nubes*
Condidit Luna, neque certa fulgent
Sidera nautis.
Ocium bello furioſa Thrace,
Ocium Medi pharetra decori,
Groſphe, non gemmis, neque purpura venale, nec auro.

f Quietem; vel Vitã quietam & tranquillam.
g Pr. A tempeſtate interceptus.

Non enim gazę neque conſularis
Summouet lictor miſeros tumultus
Mentis, & curas a *laqueata circum*
Tecta uolantes:
Viuitur paruo b *bene, cui paternum*
Splendet in menſa tenui ſalinum:
Nec leues ſomnos timor aut cupido
Sordidus aufert.
Quid breui ſortes c *iaculamur ęuo*
Multa? quid terras alio calentes
Sole mutamus? d *patrię quis exul*
Se quoque fugit?
Scandit e *ęratas uitioſa naues*
Cura: nec turmas equitum relinquit,
Ocyor ceruis, & agente nimbos.
Ocyor Euro.
Lętus f *in præſens animus,* g *quod ultra eſt*
Oderit curare: & amara læto
Temperet riſu. Nihil eſt ab omni
Parte beatum.
Abſtulit clarum cita mors Achillem,
Longa Tithonum minuit ſenectus:
Et mihi forſan, tibi quod negarit,
Porriget h *hora.*
Te greges centum Siculæq; circum
Mugiunt vaccæ, tibi tollit hinni-
Tum apta quadrigis equa, te bis Afro
Murice i *tinctę*
Veſtiunt lanę: mihi parua rura, &
Spiritum K *Graię tenuem camœnæ*

a Laquearib. ornatas domos diuitum.
b Beatè viuit ab eo cui p.
c Affectamus. Quidā, appetimus.
d Quis, relinquēdo patriā, ſuos etiā illos tumultus mētis, & curas reliquit?
e Sic O. 1. l. 1. ſed timor, & minę Scandunt, &c.
f O. 8. l. 3. Dona præſentis capeletus horæ.
g Quod futurum eſt.
h Producet.
i Piſce ex cuius ſang. conſici ſolitus color purpure⁹.
k Venā è Graia eam deriuatam.

Parcę

Parcæ non mendax dedit, & malignum
Spernere uulgus.

AD MOECENATEM AEGROTVM. Ode XVII.

Tantum eſſe inter ſe, & Mæcenatem animorum cõiunctionem dicit, ut eum animę ſuę partem exiſtimet ſine qua uiuere nec poſſit, nec uelit.

Cur me querelis exanimas tuis?
Nec a dijs a amicum eſt nec mihi, te prius
Obire, Męcenas, mearum
Grande decus b columenq; rerum.
Ah, te meę ſi partem animæ rapit
Maturior uis, c quid moror altera:
Nec carus æquè, nec ſuperſtes
Integer? ille dies vtramque
Ducet ruinam, non ego perfidum
Dixi ſacramentum ibimus, ibimus,
Vt d cunque præcedes, e ſupremum
Carpere iter comites parati.
Me nec Chimæræ ſpiritus igneę,
Nec ſi reſurgat centimanus f Gyas,
Diuellet g unquam: ſic potenti
Iuſtitiæ placitumq; Parcis
Seu h Libra ſeu me i Scorpius aſpicit
Formidoloſus, pars uiolentior
Natalis horę, ſeu tirannus
Heſperię k Capricornus vndę:
Vtrunque noſtrum incredibili modo
Conſentit aſtrum te Iouis impio
Tutela l Saturno refulgens

a Non places dijs.
b Vt o. 1.l.1. O & præſid. & dulce decus meum.
c Quid ego, q ſũ altipars nõ ſtatim ſequor quum nec c. ę. nec ĩ teg. ſim ſupuicturus?
d Quandocũque.
e Extremum vitę diem tecum obire.
f Al. Gyges, & gigas.
g Abſtrahet à te.
h In quocũq; ſigno ſit me horoſcop. conuenit tuo.
h Lib. Venus.
i Scorp. Mars.
k Capr Satur.
l Sat. ſtella pericula affert, ſed euincitur ſuper fulgente Iouis ſtella. Por.

Eripuit, uolucriſq; fati
Tardauit alas, quum populus frequens
Lætum theatris ter crepuit ſonum,
Me truncus illapſus cerebro
Suſtulerat, niſi Faunus ictum
Dextra leuaſſet, a Mercurialium
Cuſtos uirorum. reddere uictimas
Aedemq; uotiuam memento,
Nos humilem feriemus agnam.

a Nam poetæ ſub tutela Mercurij sũt.

Ode XVIII.

Se ſua ſorte & med ocri fortuna contentum viuere dicit, dum alij in extruendis magnificis domibus cum pauperum etiam iniuria ſe fatigant. Idque ab ijs quoque fieri dicit qui capulo ſunt vicini, quaſi communẽ ſibi cum alijs eſſe moriendi neceſſitatem ſint obliti.

NON ebur, neque aureum
Mea renidet in domo lacunar,
Non trabes b *Hymettię*
Premunt columnas ultima reciſas
Africa, c *neque Attali*
Ignotus hæres regiam occupaui.
Nec d *Laconicas mihi*
Trahunt honeſtæ purpuras clientæ.
At fides, & ingeni
Benigna e *uena eſt, pauperemq; diues*
Me petit. f *nihil ſuprà.*
Deos laceſſo, nec potentem amicum
Largiora flagito,
Satis beatus unicis Sabinis,
Truditur dies die,

b Ex Hymetro monte.
c Nullius diuitis hæreditatẽ malis art. expugnaui.
d Meorum cl. vxores nõ carpunt mihi lanas ad conf. prætextas.
e Larga.
f Non fatigo.
d Precibus vt vltra ſint in me benefici.

Nouęq;

Nouæq; pergunt interire Lunæ,
Tu ſecanda marmora
Locas a ſub ipſum funus, & ſepulcri
Immemor, ſtruis domos,
Mariſq; Baijs obſtrepentis urges
Summouere b littora
Parum locuples continente ripa.
Quid quòd uſque proximos
Reuellis c agri terminos, & ultra
Limites clientium
Salis auarus pellitur paternos
In ſinu ferens d deos
Et uxor, & uir, ſordidoſq; natos.
Nulla e certior tamen
Rapacis Orci fine deſtinata
Aulam diuitem manet
Herũ quid ultra tendis? AEQVA tellus
Pauperi recluditur.
Regnumq; pueris, nec ſatelles Orci
Callidum Promethea
Reuexit auro captus. hic ſuperbum
Tantalum atque Tantali
Genus coercet hic f leuare functum
Pauperem laboribus
Vocatus atque non uocatus audit.

a Sub tempus funeris cõducis qui marceſcent ad ædif.
b Quia iactis vitra littus in mare molibus ædificas, non contentus terra continẽte.
c Reuulſis ter. occupas agellos vic. tuorũ & cl.
d Penates.
e Nulla cert. aule d.m.b. q̃ rap. ò finis deſtin.i. domus te accipiens ita finita. Od. 27. ſup. Pallida mors, æquo pulſat pede pau. tab.
f Audit ut veniat leuatum.

IN BACCHVM. Ode XIX.

Si fas eſſe dicit, Bacchi laudes canere, quippe qui numine illius ſit correptus.

BAcchum in remotis carmina ruptibus
Vidi docentem? credite poſteris,
Nimphaſq;

Nymphasq; diſcentes,& aures
Capripedum Satyrorum a acutas
Euce,recenti mens trepidat metu,
Plenoq; b bacchi pectore c turbidum
Lætatur.euę parce,Liber,
Parce graui metuende thyrſo.
Fas d peruicaces eſt mihi Thyadas,
Viniq; fontem,lactis,& uberes
Cantare riuos,atque truncis
Lapſa cauis e iterare mella.
Fas,& beatæ f coniugis additum
Stallis g honorem tectaq; Penthei
Diſiecta non leui ruina,
Thracis,& h exitium Lycurgi.
Tu flectis amnes,tu mare barbarum:
Tu ſeparatis i uuidus in iugis,
Nodo k coerces uiperino
Biſtonidum ſine fraude crines:
Tu,quum parentis regna per arduum
Cohors gigantum ſcanderet impia:
Rhæum retorſiſti l leonis
Vnguibus horribiliq; mala;
Quanquam choreis aptior,& iocis
Ludoq; dictus,non ſat idoneus
Pugnę ferebaris:ſed idem
Pacis eras m mediusq; belli.
Te uidit n inſons Cerberus aureo
Cornu decorum leniter atterens.
Caudam,& recedentis trilingui
Ore pedes tetigitq; crura.

a Attentas ad aud.
b Concitato.
c Turbidum lætaſ, aduerb.
d Fas eſt proteruas.
e Iterum atq; iterum cãtare.
f Ariadnæ.
g Hon. coronam.
h Peſſimum exitum.
i Vino madidus.
k Serpẽtibus implicas er. Th. ſine damno.
l Specie leonis indutus.
m In medio conſtitutus, quaſi æquè ad utrunque paratus.
n Ita ut nihil tibi noceret.

AD MOECENATEM.
Ode XX.

Gloriam immortalem ſibi partam eſſe ſuis poematis, ac ſe exteris nationibus, etiam omnium maximè barbaris, celebrem fore dicit.

Non uſitata nec tenui ferar
Penna a biformis per liquidum ęthera
Vates: neque in terris morabor
Longius: inuidiaq; maior
Vrbes relinquam, non ego, b pauperum
Sanguis parentum, non ego, quem uocas,
Dilecte Męcenas. obibo
Nec Stygia cohibebor unda,
Iam iam c reſidunt cruribus aſperę
Pelles: & album mutor in d alitem,
Superna; e naſcunturq; leues
Per digitos humeroſq; plumę.
Iam Dedaleo ocyor Icaro
Viſam f gementis littora Boſpori,
Syrteſq; Gętulas canorus
Ales, g Hyperboreoſq; campos.
Me Colchus, & qui diſſimulat metum
Marſę cohortis, & Dauus, & ultimi
Noſcent h Geloni: me peritus
Diſcet i Iber, k Rhodaniq; potor.
Abſint inani funere l nenię:
Luctuſq; turpes, & quærimonię:
Compeſce clamorem, ac ſepulcri
Mitte ſuperuacuos honores.

a B f. vates Lyr & ſatyricus. Ali. nouã alitis formam ſumens.
b Obſcuro loco natus, libertino patre.
c Inſidunt.
d Cygnum.
e Al. Supernè, ut ult. ſit breuis.
f Murmure gemitum imitãtis.
g Supra Aquilonem.
h Pop. in Scythia.
i Hiſpanus.
k Gallus.
l Carmina lugubria.

Q. HORATII FLACCI

ODARVM, SEV CARMINVM LIBER TERTIVS.

Ode I.

Vitę beatitudinem non in opibus aut honoribus, ſed in tranquillitate animi poſitam eſſet, atque hanc ijs demum qui eo quod ſatis eſt contenti eſſe poſſũt, contingere dicit. Ab hoc autem ſuo ſermone, non ſecus ac miſterijs quibuſdam, uulgus contrarijs opinionibus praue imbutum arcet.

ODI profanum vulgus, & arceo.
Fauete a *linguis. carmina nõ prius*
Audita, Muſarum ſacerdos,
Virginibus puerisque canto
Regum timendorum, in proprios greges,
Reges in ipſos imperium eſt Iouis,
Clari giganteo triumpho,
Cuncta b *ſuperrilio mouentis.*
Eſt c *vt viro vir latius ordinet*
Arbuſta ſulcis: hic generoſior
Deſcendat in campum petitor:
Moribus hic, meliorque fama
Contendat: illi turba clientium
Sit maior: Aequa lege d *neceſſitas*
Sortitur inſignes, & imos,
Omne capax mouet e *urna nomen.*

a Male ominatis uerbis parci te. vt ode. 14.
b Ad Hom. dictum experiſſe putatur.
c Fieri quidẽ poteſt vt alius plus agrorũ, alius plus honorũ obtineat &c. ſed æqua, lege mors &c.
d Nec mors vt Gr. ἀναγκή & ὕμαο ἀναγκαῖον.
e Virg. Aen 6. Quęritur Minos urnã mouet.

Diſtri-

Diſtrictu a enſi cui ſuper impia a Diſtr. Cui ſẽ per aliquis ter ror impendet, ut hoc exemplo Dionyſij tyr. ſignif.
Ceruice pendet, non Siculæ dapes
Dulcem elaborabunt ſaporem,
Non auium citharæq; cantus
Somnum reducent, ſomnus agreſtium
Lenis uirorum non humiles domos
Faſtidit, umbroſamq; ripam,
Non zephyris agitata Tempe
Deſiderantem b *quod ſatis eſt, neque* b Nõ plus ꝙ ſatis eſt.
Tumultuoſum ſollicitat mare,
Nec ſæuus Arcturi cadentis
Impetus, aut orientis Hœdi;
Non c *verberatæ grandine uineæ,* c Virg. L 3. verberat imber humum.
Fundusq; d *mendax, arbore nunc aquas* d Qui non reſpondet notis agric.
Culpante, nunc torrentia agros
Sidera. nunc hyemes iniquas.
Contracta piſces æquora ſentiunt,
Iactis e *in altum mollibus. huc frequens* e Iactis in mare mol. ad ædific. Vide ode 15. lib. 2.
Cœmenta demittit redemptor
Cum famulus, dominusq; terræ
Faſtidioſus, f *ſed timor & minæ* f Qui terram faſtidiens in mari ædificat.
Scandunt g *eodem quò dominus: neque* g Vt. Scandit ærata uitio ſana uos Cura, &c.
Decedit ærata triremi, &
Poſt equitem ſedet atra cura.
Quod ſi dolentem nec Phrygius lapis,
Nec purpurarum ſidere clarior
Delenit vſus, nec Falerna
Vitis, Achemeniumque h *coſtum,* h Al Nardum Achæmeniũ.
Cur inuidendis poſtibus, & nouo
Sublime ritu moliar atrium?

Cur

a Valle fundi mei Sabini.

Cur non permutem a *Sabina*
Diuitias operoſiores?

AD AMICOS. Ode II.

Tolerandæ paupertati ferendiſque militiæ laboribus bellicis pueritiam aſſuefacere ſuadet, fortitudinẽ bellicam laudans.

b Paupertatis incommoda perferre.

ANguſtam, amici, b *pauperiem pati*
Robuſtus acri militia puer
Condiſcat; & Parthos feroces
Vexet eques metuendus haſta:
Vitamq; ſub dio, & c *trepidis agat*
In rebus. illum ex mœnibus hoſticis
Matrona d *bellantis tyranni*
Proſpiciens, & adulta virgo,
Suſpiret, e *Eheu ne* f *rudis agminum*
Sponſus laceſſat regius aſperum
Tactu g *leonem, quem cruenta*
Per medias rapit ira cędes.
Dulce, & decorum eſt pro patria mori.
Mors h *& fugacem perſequitur uirum:*
Nec parcit imbellis iuuentæ
Poplitibus, timidoq; tergo.
Virtus, i *repulſæ neſcia ſordidæ,*
Intaminatis fulget honoribus:
Nec ſumit aut ponit ſecures
Arbitrio popularis aurę.
Virtus k *recludens immeritis mari*
Cęlum, negata tentat iter uia:
Cętuſque vulgares, & vdam
Spernit humum fugiente l *penna.*

c Formidoloſis & horrib. lib.
d Vxor.
e Suſpirãs hęc dicat.
f R ag. Imperitus rei mil.
g Rom. hunc mil.
h Ex Simonide.
i Quia uirtus non irriti nos petere eos hõ, in quorũ petitione rep. pati poſſimus.
k Aperiens.
l Vide od. ult. lib. primi.

Eſt, & fideli tuta ſilentio.
Merces. uetabo, a qui Cereris ſacrum
Vulgarit arcanę, b ſub iiſdem
Si trabibus, c fragilemq; mecum
Soluat faſelum ſępe d Dieſpiter
Neglectus, inceſto addidit integrum:
Rarò antecedentem ſceleſtum
Deſeruit pede pęna claudo.

a Ideſt, futilis eſt, & rimarũ plenus.
b Sub eodem recto.
c In eadem naui nauiget.
d Iupiter non cultus.

Ode III.

Iuſtitiæ cũ conſtantia iunctæ maximum, & inſuperabile robur eſſe oſtendit. Quumque Romuli mentionem feciſſet, ſumpta hinc occaſione, Iunonis oraculũ de Romano Imperio commemorat, quod illa ſtare non poſſe dixerit, ſi Troia inſtauraretur.

IVſtum & tenacem propoſiti uirum,
Non ciuium ardor praua iubentium,
Non vultus inſtantis tyranni.
Mente e quatit ſolida: neque Auſter,
Dux inquieti turbidus Adriæ,
Nec fulminantis magna Iouis manus.
Si fractus illabatur orbis,
Impauidum ferient ruinæ.
Hac f arte Pollux, & vagus hercules
Innixus, arces attigit igneas.
Quos inter Auguſtus recumbens
Purpureo bibit ore nectar.
Hac te g merentem Bacche pater tuæ
Vexere tigres, indocili iugum
Collo trahentes. hac Quirinus
Martis h equis Acheronta fugit:
Gratum eloquuta i conſiliantibus

e De ſentẽtia dimouet, in qua ſemel ſe obfirmarit.
f Hac arte iuſtitiæ, & conſtantię.
g Militantem Vel, Mer. præmium.
h Bellica fortitudine ĩmort. cõſequut⁹ eſt Romulus.
i Conſ. Conſiliũ habentib.

Iunone

Iunone diuis: Ilion: Ilion
Fatalis a inceſtuſq; iudex
Et mulier peregrina uertit
In puluerem, ex quo b deſtituit c deos
Mercede pacta Laomedon: mihi
Caſteq; damnatum Mineruæ
Cum populo, & duce fraudulento.
Iam nec Lacenæ ſplendet adulteræ
Famoſus hoſpes, nec Priami domus
Periura pugnaces Achiuos
Hectoreis opibus refringit:
Noſtriſq; d ductum ſeditionibus
Bellum reſedit. protinus & graues
Iras, & inuiſum e nepotem,
Troica f quem peperit ſacerdos,
Marti g redonabo. illum ego lucidas
Inire ſedes, ducere nectaris
Succos, & adſcribi quietis
Ordinibus patiar deorum.
Dum h longus inter ſęuiat Ilion,
Romamq; pontus, qualibet exules
In parte regnanto beati:
Dum Priami Paridiſq; buſto
Inſultet i armentum, & catulos feræ
Celent inultæ; ſtet Capitolium
Fulgens, triumphatiſq; poſſit
Roma ferox dare iura Medis.
Horrenda latè nomen in ultimas
Extendat oras. quà k medius liquor
Secernit Europen ab Afro,

a Paris, & Helena.
b Fraudauit c Neptunũ, & Apollinem.
d Productum Protractũ b. ſedatum eſt.
e Romulum.
f Ilia.
g Cõdonabo. Mihi, p Reddere.
h Dummodo lõgum maris ſpatium inter Tr. & Romã ſit interiectũ Troiani, regnanto, &c.
i Dũmodo ita deſerta ſit Troia, vt luſtra feris ſuppeditet
k Interiectũ fretũ Gaditanum.

Quà tum idus rigat arua Nilus
Aurum irrepertum, & ſic melius ſitum,
Quum terra celat, a ſpernere fortior,
Quàm cogere humanos in vſus,
Omne ſacrum rapiente dextra.
Quicunque mundi terminus obſtitit,
Hunc tangat armis, uiſere geſtiens
Qua b *parte debacchentur ignes,*
Qua nebulę pluuijq; rores.
Sed bellicoſis c *fata Quiritibus*
Hac lege dico, ne nimium pij,
Rebuſq; fidentes, auitæ
Tecta uelint reparare Troiæ,
Troiæ renaſcens d *alite lugubri*
Fortuna tricti clade iterabitur,
Ducente uictrice cateruas
Coniuge me Iouis, & ſorore.
Ter ſi reſurgat murus aheneus
Autore Phœbo, ter pereat meis
Exciſus Argiuis, e *ter vxor*
Capta virum pueroſque ploret.
Non f *hæc iocoſæ conueniunt lyre.*
Quò Muſa tendis? deſine peruicax
Referre ſermones deorum,
Magna modis tenuere paruis.

a Roma fortitudinem oſtẽdẽs potius in ſpernendo auro & relinquẽdo ineſſoſum: quã in eo congerẽdo hum. in v.

b Plagam tórridam, & pl. glacialem.

c Fata de imperij dilatatione.

d Malis auſu.

e Intel, quod præ ex eo qđ conſequitur.

f Sic, ſ. ode 1, li. 2. Sed ne rel, Mu. procaxiæ ris, &c.

Ode IIII.

Muſarum præſidio è periculis ereptum ſe dicit, eodemque tutum ſemper fore ſperat. Ab illis con ſiliun dari: ſine conſilio autem uim ſui ipſius mole ruere exemplo gigantum oſtendit.

DEſcende cęlo, & dic age tibi a
Regina longum Calliope melos
Seu voce, nunc mauis acuta,
Seu fidibus, citharave Phœbi.
Auditis? an me a ludit b amabilis
Inſania? audire, & uideor pios
Errare per lucos, amenæ
Quos, & a quæ ſubeunt, & auræ.
Me fabuloſæ c Vulture in Apulo,
Altricis extra limen d Apuliæ,
Ludo fatigatumque ſomno,
Fronde noua puerum palumbes
Texere. mirum quod foret omnibus,
Quicunque celſę e nidum f Acherontiæ,
Saltuſque Bantinos, & aruum
Pingue tenent g humilis Ferenti:
Vt tuto ab atris corpore uiperis
Dormirem, & urſis: ut premerer ſacra
Lauroque, h collataque myrto,
Non i ſine dijs animoſus infans:
Veſter, k Camœnæ, ueſter in arduos
Tollor, Sabinos: ſeu mihi frigidum
Præneſte, ſeu Tibur ſupinum,
Seu liquidæ placuere Baiæ.
Veſtris amicum fontibus, & choris,

a Fallit.
b Poetica.
c Monte.
d App. altricis fab. Alij, Fab. pal. mepu. fr. noua texere, i. recētis, viridi.
e Ach. verbis Lucaniæ.
f Nidum autē ꝙ ſita eſſet in monte.
g Hũ. in ualle po ſiti.
h Congeſta.
i Diuinorum. redditus animoſus.
k Veſtro præſidio tutus.

Non me a Philippis verſa acies retro,
Deuota b *non extinxit arbos,*
Nec Sicula c *Palinurus unda.*

a De qua in Od.7.l.2.
b De qua in ode 17.l.2.
c Pal. Promõ. Lucaniæ.

Vtcunque mecum uos eritis, libens
Inſanientem nauita Boſporum
Tentabo, & arentes arenas
Litoris Aſſyrij, uiator.
Viſam Britannos hoſpitibus feros,
Et lætum equino ſanguine Concanum.
Viſam pharetratos Gelonos
Et Scythicum inuiolatus amnem.
Vos Cęſarem altum, militia ſimul
Feſſas cohortes abdidit oppidis,
Finire quærentem labores,
Pierio recreatis antro:
Vos lene conſilium, & datis, & dato
Gaudetis almæ. d *ſcimus ut impios*
Titanas immanemque turmam
Fulmine ſuſtulerit caduco,
Qui terram inertem, qui mare temperat
Ventoſum, & vrbe, regnaq; triſtia,
Diuoſq; mortaleſq; turbas
Imperio regit vnus æquo.

d Conſilio & prudentia fregit immenſas gigantum uires. Vis conſilij expers, &c.
e Inferorum.

Magnum illa, terrorem intulerat Ioui,
Fidens, iuuentus horrida, Brachijs,
Fratreſq; tendentes opaco
Pelion f *impoſuiſſe Olympo.*

f Virg. Ter. ſunt con. imponere Pelio Oſſam.

Sed quid Thyphęus, & validus Mimas,
Aut quid minaci Porphyrion ſtatu,
Quid Rhęcus, euulſiſque truncis

Enceladus iaculator audax,
Contra ſonantem Palladis a *ęgida*
Poſſent ruentes? hinc auidus ſtetit
Vulcanus, hinc matrona Iuno, &
Nunquam humeris poſiturus arcum,
Qui rore puro Caſtaliæ b *lauit*
Crines ſolutos, qui Lycię tenet
Dumeta, natalemq; ſyluam,
Delius, & Patareus Apollo.
Vis conſili expers mole ruit ſua,
Vim c *temperatam dij quoque prouehunt*
In maius: ijdem odere uires
Omne nefas animo mouentes.
Teſtis mearum centimanus d *Gyges*
Sententiarum notus, & integræ
Tentator Orion Dianæ,
Virginea domitus ſagittę.
Inteſta monſtris terra dolet ſuis:
Mœretq; partus fulmine luridum
Miſſos ad Orcum: nec peredit
Impoſitam celer e *ignis Aetnam:*
Incontinentis nec Tityi iecur
Relinquit ales, nequitię additus
Cuſtos; amatorem trecentæ
Pirithoum cohibent catenæ.

a Clypeum Iouis quo, & Pallas vtitur.

b Lauit pro lauat, ut alibi.

c Quæ conſilio regitur.

d Alii. Gigas. Quidam rep. Gyas,

e Ignis nõ properat abſumere Aetnam, ut illius impoſitæ onere ſemper grauẽtur.

Ode V.

Auguſti de Britãnis,& Perſis victoriam canit,quę ſublatũ eſſe,id qđ cũ indignatione cõmemorat dedecus,videt innuere ꝙ ij,q̃ ſub Craſſo militauerãt, quũ captiui eſſent,affinitate cũ hoſtibus cõtracta uitã ſuã redemerint. Atque ſumpta hinc occaſione, Reguli de non redimendis captiuis ſentẽtiam laudibus extollit.

COelo tonantem a credidimus Iouem
Regnare:præſens diuus habebitur
Auguſtus,adiectis Britannis
Imperio,grauibusq; Perſis.
Mileſne b Craſſi,coniuge barbara
Turpis maritus uixit?& hoſtium
(Prò curia, inuerſiq; mores)
Conſenuit ſocerum in armis,
Sub rege c Medo,Marſus,& Appulus.
Anciolirum,nominis,& togę
Oblitus,æternęq; Veſte,
Incolumi Ioue,& urbe Roma?
Hoc d cauerat mens prouida. Reguli.
Diſſentientis conditionibus
Fœdis,& exemplo trahenti
Perniciem ueniens in æuum:
Si non periret immiſerabilis
Captiua pubes. Signa ego Punicis
Affixa dolubris,& arma
Militibus ſine cæde (dixit)
Direpta uidi,uidi ego ciuium
Retorta tergo brachia libero,
Portasq; e non clauſas,& arua
Mater coli populata noſtro.

a Cred. aurea I.r.nũc Aug. p.d.h.

b Itane. mil. Cr. ſuſtinuit mar. eſſe cõiugis bar. Suſtinuit turpitud. & infamiam talis cõiugij? Vide argu. huic ode præfixum.

c M.pro Perſa, & Partho.

d Ne ab hoſte uita redimeretur tam turpibus condit.

e Vt ſublato omni metu.

a Redemptus. *Auro a repenſus ſcilicet acrior*
Miles redhibit. flagitio additis
b Vt lana am. c. Non refecta nec uirt', &c. *Damnum, b neque amiſſos colores*
Lana refert medicata fuco:
c Iis qui facti fuerint deteriores. *NEC vera virtus, quum ſemel excidit.*
Curat reponi c deterioribus.
d Permiſit ſe hoſtium poteſtati. *Si pugnat extricatam denſis*
Cerua plagis, erit ille forti,
Qui perfidis ſe d credidit hoſtibus,
Et Marte Pœnos proteret altero,
Qui lora reſtrictis lacertis
Senſit iners, timuitq; mortem?
Hic unde uitam ſumeret inſcius,
Pacem duello miſcuit. ò pudor,
O magna Carthago probroſis
Altior Italiæ ruinis.
e Regulum. *Fertur e pudicæ coniugis oſculum,*
f Capite minutus. *Paruoſq; natos, ut f capitis minor,*
A ſe remouiſſe, & uirilem
g In humum deieciſſe. *Toruus g humi poſuiſſe uultum:*
h Vacillantes, & mutantes. *Donec h labantes conſilio patres*
Firmaret autor nunquam aliàs dato,
Interq; mærentes amicos
Egregius properaret exul.
i Nō alio uultu, non magis triſti v. valedixi prop. *Atqui ſciebat, quæ ſibi barbarus*
Tortor pararet i non aliter tamen
Dimouit obſtantes propinquos
Et populum reditus morantem,
Quàm ſi clientum longa negotio
Dijudicata lite relinqueret,

Tendens a Venafranos in agros, a Mediis ire.
Aut Lacedæmonium Tarentum.

AD ROMANOS, Ode VI.

Ob contemptum religionis multa Romanis mala imminere, iam multa paſſis, dicit. Deinde cum corruptis ſui ſæculi moribus, quo adulteria impunè committuntur, (ad quæ ipſa etiam tenera virginum ætas velut inſtituitur) antiquam ſimplicitatem, atque huic coniunctam fortitudinem confert.

DElicta maiorum immeritus lues
Romane: donec templa refeceris
Aedeſq; labentes deorum, &
Fœda nigro ſimulacra fumo.
Dijs b *te minorem quod geris, imperas,*
Hinc omne principium, huc refer exitum.
Dij multa neglecti dederunt
Heſperiæ mala luctuoſæ,
Iam bis Monæſes, & Pacori manus
Non auſpicatos contudit impetus,
Noſtros, & c *adiecisse prædam*
Torquibus exiguis renidet.
Penè occupatam ſeditionibus
Deleuit urbem Dacus & Aethiops:
Hic claſſe formidatus, ille
Miſſilibus melior ſagittis,
Fœcunda d *culpæ ſæcula, nuptias*
Primum inquinauere, & genus, & domos.
Hoc e *fonte deriuata clades*
In patriam populumq; fluxit.
Motus doceri gaudet Ionicos.
Matura uirgo, & fingitur f *artubus*

b Ex deorum cultu imperium adeptus es, fac ut eodem conſeruetur.

c Lætatur ſe noſtris ſpoliis eſſe ditatum.

d Quæ noua ſubinde uitia pariunt.

e Ex nuptijs p adulteria inquinatis.

f Al. artibus.

a Iā inde a teneris unguic.
b Exercet, diſcit.
c Iun. marito ſuo.
d Al. improuiſa.
e Accerſita.
f Negocio gerēdo inſtans.
g Qui magno pretio hoc adulterij dedecus emit.
h Sed his qui ius matrimonij caſtum, & ſanctū ſeruarent. Et filij aſſiduo labori, & agr. aſſueti eſſent.
i Veſperi.
k Gratū, & optatum quietis tempus adducent.
l Solis.

Iam nunc: & inceſtos amores
De a tenero b *meditatur ungui.*
Mox c *iuniores quærit adulteros*
Inter mariti uina: neque eligit
Cui donet d *impermiſſa raptim*
Gaudia, luminibus remotis:
Sed e *iuſſa coram non ſine conſcio*
Surgit marito: ſeu uocat f *inſtitor,*
Seu nauis Hiſpanę magiſter,
Dedecorum g *pretioſus emptor.*
Non h *his iuuentus orta parentibus*
Infecit æquor ſanguine Punico:
Pyrrhumq́; & ingentem cecidit
Antiochum, Annibalemq́; dirum:
Sed ruſticorum maſcula militum
Proles, Sabellis docta ligonibus
Verſare glebas, & ſeueræ
Matris ad arbitrium reciſos
Portare fuſtes: i *ſol ubi montium*
Mutaret umbras, & iuga demeret
Bobus fatigatis, k *amicum*
Tempus agens abeunte l *curru.*
Damnoſa quid non imminuit dies?
AETAS parentum peior auis tulit
Nos nequiores, mox daturos
Progeniem uitioſiorem.

AD

AD ASTERIEN. Ode III.

Aſterien hortatur ut Gygis mariti deſiderium patienter ferat, & quemadmodum ille interim fidem non iugalem ei ſeruat, ita, & ipſa ſeruare uellit. Quod ut faciat, ea vitet quibus ad eam frangendam ſollicitari, aut impelli poſſet.

Q*Vid a fles Aſterie, quem tibi candidi*
Primo reſtituent uere Fauonij,
Thyma merce b *beatum,*
Conſtanti iuuenem fide
Gygen? ille notis actus ad c *Oricum*
Poſt d *inſana* e *Capræ ſidera, frigidas*
Nocte non ſine multis
Inſomnis lacrymis agit.
Atqui ſollicitè nuntius hoſpitæ,
Suſpirare Chloen, & miſeram f *tuis*
Dicens ignibus uri,
Tentat mille vafer modis.
Vt g *Prætum mulier perfida credulum*
Falſis impulerit criminibus, nimis
Caſto Bellerophonti
Maturare h *necem, refert.*
Narrat penè datum Pelea Tartaro,
Magneſſam Hippolyten dum fugit abſtinens:
Et peccare docentes
Fallax hiſtorias monet,
Fruſtra nam ſcopulis ſurdior Icari
Voces audit adhuc integer. at i *tibi*
Ne uicinus Enipeus
Plus iuſto placeat caue:
Quamuis non alius flectere equum ſciens

a Quid flédo deſideras abſentem, quem
b Locupletatum.
c Portū, & oppon. in Epiro.
d Poſt occasū capræ, & hædorum. Inſ. ꝙ eorum . ortus magnas tempeſt. excitent.
f Tuis ign. Amore illius qui ſuus eſt.
g Narrat Prætū uxor impulerit ad occid. Bell. falſ. cr.
h Accelerarē.
i Vt ille tibi fidē ſeruat, tu ei uiciſſim ſeruato, & omnem eius frangendæ occaſ. una.

Æquè conſpicitur gramine Martio:
Nec quiſquam citus æquè
Tuſco denatat alueo,

a Prima parte noctis.

Prima a nocte domum claude, neque in uias
Sub cantu quærulæ deſpice tibiæ:

b Inexorabilis

Et te ſępe uocanti
Duram, b difficilis mane.

AD MOECENATEM. Ode VIII.

Mæcenati rationem reddit cur cœlebs Calendas Martias celebret, quæ alioqui à matronis celebrari ſolebant, & feſtæ illi erant. Deinde ipſum lætitiæ participem eſſe, & ſe quoque largius inuitare iubet, quum hoſtes ſint ſuperati.

c Tib. Martis Romani feſtę uenire Calendæ.

Martijs c cœlebs quid agam calendis:
Quid uelint flores, & acerra thuris
Plena, miraris: poſituſq; carbo in
Ceſpite uiuo,

d Al. ſermonis quod creditur antiquè ſcriptum pro ſermones.

Docte d ſermones vtriuſq; linguæ.
Voueram dulces epulas, & album
Libero caprum, propè e funeratus
Arboris ictu.

e De hoc ictu, ode 13. lib. 2.

f Dies feſtus anniverſarius

g Ab amphora dim. ſeu demouebit. Reclinetur amphora picato corticeobſtructa.

Hic f dies, anno redeunte feſtus,
Corticem aſtrictum picem dimouebit
Amphorę g ſummum bibere inſtitutæ
Conſule Tullo.
Sume Mæcenas cyathos amici
Soſpitis centum; & uigiles lucernas
Perfer in lucem procul omnis eſto
Clamor, & ira.
Mitte ciuiles ſuper urbe curas.
Occidit Daci Cotiſonis agmen.

Medus

Medus a infeſtus ſibi luctuoſis
Diſſidet armis:
Seruit Hiſpanæ vetus hoſtis oræ
Cantaber, ſera domitus catena.
Iam Scythæ b *laxo meditantur arcu*
Cedere campis.
Negligens, c *ne qua populus laboret.*
Parce priuatus nimium cauere: &
Dona preſentis rape lætus horæ, ac
Linque ſeuera.

a Perſæ interſe laborant ſeditionibus.

b Depoſita pugnandi uolũtate.

c Tu negl. nõ pop. negl.

AD LYDIAM. Ode IX.

Horatij, & Lydię amicæ colloquium de amoris mutui redintegratione.

HO. *Donec gratus eram tibi,*
Nec quiſquã d *potior brachia cãdidæ*
Ceruici iuuenis dabat,
Perſarum ulgui rege beatior,
LY. *Donec non alia magis*
Arſiſti, e *neque* f *erat Lydia poſt Chloen:*
Multi Lydia nominis
Romana vigui clarior Ilia.
HO. *Me nunc Threſſa Chloe regit,*
Dulces docta modos, & g *cithare ſciens:*
Pro qua non metuam mori,
Si h *parcent animæ fata ſuperſtiti.*
LY. *Me torret* i *face mutua*
Thurini Calais filius Orinthi:
Pro quo bis patiar mori,
Si parcent puero fata ſuperſtiti.

d Præſtantior qui alteri prefertur.

e Al. non alia carebo fæmina.

f Lydia poſtponebatur Chloe.

g Al. Pugnæ ſciens.

h Si morte mea uitã eius peſſim redimere.

i Amore mutuo.

a Diſcordes. *HO. Quid ſi priſca redit uenus.*
Diductosq; a iugo cogit aheneo?
b Eijcitur. *Si flaua* b *excutitur Chloe,*
Reiectæq; patet ianua Lydiæ?
LY. quanquam ſidere pulchrior
c Vt ode 33. lib 1. fretis acrior Adriæ. *Ille eſt, tu leuior cortice, & in probo*
Iracundior c *Adria:*
Tecum uiuere amem, tecum obeam libens.

IN LYCEN. Ode X.

Lycen monet ne ſua ſuperbia Venerem offendat, atque vt ſibi ſupplici, licet crudelis parcat.

d Etiã ſi barbara barbaro nupſiſſes. *EXtremum* d *Tanaim ſi biberes Lyce,*
Sæuo nupta uiro, me tamen aſperas
e extentum & iacentem. *Porrectum* e *ante fores obijcere incolis*
f miſericordia moubereris quo minus obijceres me aq. *Plorares* f *aquilonibus.*
Audis quo ſtrepitu ianua, quo nemus
Inter pulchra ſitum tecta remugiat
g Sereno cœlo, quod hyeme magis frigidũ eſt quã nebuloſum. *Ventis? & poſitas, ut glaciet niues*
Puro g *numine Iupiter?*
Ingratam Veneri pone ſuperbiam:
h Ne idem tibi eueniat, & iſta tua ſæuitia in caput tuum rec. *Ne* h *currente retro funis eat rota.*
Non te Penelopen difficilem procis
Tyrrhenus genuit parens.
O quamuis neque te munera, nec preces.
i Violaceum col. imitans. *Nec* i *tinctus uiola pallor amantium.*
Nec uir Pieria pellice ſaucius
k Flectit animum tuum. *Curuat:* k *ſupplicibus tuis*
Parcas, nec rigida mollior æſculo,
Nec Mauris animum mitior anguibus.

Non hoc ſemper erit a liminis aut aquæ.
Cæleſtis patiens latus.

a Pernoctationis in limine. Vel, Laboris ſ cendi in lim. Aq. c. Pluuiæ

AD MERCVRIVM. Ode XI.

Mercurium rogat vt ſua teſtudine, cuius uim de le nificam in alijs expertus eſt, Lydes amicæ animum flectat, & propoſito pęnarum quas Danaides dant apud inferos, exemplo, eam terreat. Atque hic factum unius illarum, Hypermneſtræ, celebrat.

MErcuri (nam te docilis magiſtro
Mouit Amphion lapides, canendo)
Tuq; teſtudo, reſonare ſeptem
Callida b neruis:
(Nec loquax olim, neque grata, nunc, &
Diuitum menſis, & amica templis)
Dic modos, Lyde quibus c obſtinatas
Applicet aures.
Quæ, uelut latis equa trima campis,
Ludit exultim: d metuitq; tangi,
Nuptiarum expers, & adhuc proteruo
Cruda e marito.
Tu potes tigris comiteſq; ſyluas
Ducere, & riuos celeres morari.
Ceſſit f immanis tibi blandienti
Ianitor aulę
Cerberus: quamuis furiale centum
Muniant angues caput eius, atque
Spiritus teter ſanieſque manet
Ore trilingui.
Quin, & Ixium Tityoſq; vultu
Riſit inuito: ſtetit vrna paulum
Sicca, dum grato Danai puellas

b Peritia reſonandi.

c A me auerſas admoueat.

d Non uult ſe tangi.

e Immatura.

f Quũ Orph. Eurydicę ſuã reuocatũ iret.

Carmine

Carmine mulces.
Audiat Lyde ſcelus atque notas
Virginum pœnas, & inane lymphæ
Dolium fundo pereuntis imo:
Seraq; a fata,
Quæ b manent culpas etiam ſub Orco.
Impiæ, nam quid potuere c maius?
Impiæ ſponſos potuere d duro
Perdere ferro.
Vna de multis, face nuptiali
Digna, periurum fuit in parentem
Splendidè mendax, & in omne virgo
Nobilis æuum.
Surge (quæ dixit iuueni marito)
Surge, ne f longus tibi ſomnos, vnde
Non times, detur: ſocerum, & ſceleſtas
Falle g ſorores.
Quæ, velut naſtæ uitulos leænæ,
Singulos (eheu) lacerant. ego illis
Mollior, i nec te feriam, nec intra
Clauſtra tenebo.
Me pater ſæuis oneret catenis,
Quod viro clemens miſero peperci:
Me uel extremos Numidarum in agros
Claſſe releget.
I, pedes quò te rapiunt, & auræ:
Dum fauet nox, & Venus: i, ſecundo
Omnino: & noſtri k memorem ſepulcro
Sculpe querelam

a Pœnas ſempiterna.
b Quæ f. ſunt deſtinata peccatis.
c Quid magis impiũ poteſt.
d Ad animum ref.
e Ita mendax ut ĩde magnũ nominis ſui ſplendorẽ acquiſierit. Vel, Cum magna laude, & gloria mẽtita eſt.,
f Lõgus ſomnus.i. mors.
g Effuge.
h Mittor.
i Accelera ſiue mari, ſiue terra ug.
k Cuius memoria ſit diuturna.

AD NEOBVLEN. Ode XII.

Miſeram eſſe dicit, quę tanto ſit Hebri adoleſcentis amore correpta, ut neque genio quicquam indulgere, neque lanificio ſuo uacare ut antea poſſit.

Miſeratum eſt, neque a amori dare ludum.
Neque dulci mala b uino lauere: aut ex-
-animari, metuens c patruæ verbera linguæ.
Tibi qualum Cytherea puer ales,
Tibi tellas, operoſęq; Mineruæ
Studium aufert. Neobule, Liparęi nitor Hebri.
Eques ipſo melior Bellerophonte,
Neque pugno, neque ſegni pede uictus, (dis:
Simul d unctos Tiberinis humeros lauit ī un
Catus e idem per apertum fugientes
Agitato grege ceruos iaculari, &
Celer alto latitantē fruticeto excipere aprū.

a Amori indulgere.
b Vt alibi uini cadū amata curarū elue re efficacē dicit.
c Al. Ne ſis patruus mihi.
d Simul atq;.
e Catus iaculari peritus iaculandi.

AD FONTEM BLANDVSIAM. Ode XIII.

Blanduſiæ fonti, quem in Sabinis habebat hædum, ſe immolaturum, eumque fontem carmine ſuo nobilitaturum ſe pollicetur, nec non aliquas interim eius laudes attingit.

O Fons Blanduſiæ, ſplendidor uitro,
Dulci e digne mero, non ſine floribus.
Cras donaberis hędo:
Cui frons turgida cornibus
Primis, & Venerem, & prelia f deſtinat
Fruſtra g nam gelidos inficiet tibi
Rubro ſanguine riuos
Laſciui ſoboles gregis.
Te flagrantis atrox hora Caniculę

e In ſacris adhibebatur, & uinum.
f Spem facit ueneris, & prę liorum.
g Nā tibi immolabitur.

Neſcit

Neſcit tangere: tu frigus amabile
Feſſis uomeres taurus
Prębes, & pecori uago.
Fies nobilium tu quoque fontium:
Me dicente cauis impoſitam ilicem
Saxis: unde a loquaces
Lymphæ deſiliunt tuæ.

a Cum murmure labẽtes.

Ode XIIII.

Cæſaris victoriam canit, eamque ſacrificijs, & feſtis dapibus proſequi hortatur. Sic Epod. Carm. 9. Quando repoſtum cęcubum ad feſtas dapes Victore lætus Cæſare, &c.

HErculis ritu modò dictus, ò plebs,
Mortem venalem petijſſe laurum,
Cæſar, b Hiſpana repetit penates
Victor ab ora.
Vnico gaudens mulier marito,
Prodeat c iuſtis operata diuis;
Et d ſoror clari ducis, & decoræ
Supplice uitta
Virginum martes, iuuenumq́; nuper
Soſpitum. uos o pueri, & puellæ
Iam virum expertæ, mala e ominatis
Parcite verbis
Hic dies verè mihi f feſtus atras
Eximet curas: ego nec tumultum,
Nec mori per uim metuam, tenente
Cæſare terras.
I, pete unguentum puer, & coronas,
Et cadum Marſi g memorem duelli:
Spartacum ſi qua potuit uagantem

b Cęſar q modo dictus fuerat ad bellũ ꝓfectus, ut mortis periculo emeret victorię honorẽ, Hiſp. r. p. v. ab ora.
c Iuſtis d. Qui uictoriam reditum Cęſari merenti cederint.
d Sor. Auguſti Octauia.
e Al. Nominatis.
f Sic feſtas dapes ob lætitiã d. uictoria Cę. dicit, Epod. Carm. 9.
g Conditum tempori. belli Marſice

Fallere a teſta.
Dic, & argute properet Neęrę
Myrrheum b nodo c cohibere crinem,
Si per inuiſum mora ianitorem
Fiet: abito.
Lenit albeſcens animos capillus
Litium, & rixę cupidos proteruę.
Non ego hoc d ferrem, calidus iuuenta,
Conſule Planco.

a Latere.
b Myrrhino vnguento delibutum.
c Colligere, ſeu religare.
d Tuliſſem.

IN CHLORIM, Ode XV.

Vel ipſa ſenectute admoneri illam dicit, tempus eſſe in ponendi finem libidini, & famoſis laboribus.

VXor pauperis Ibyci,
Tandem e nequitię f pone modum tuę,
Famoſiſque laboribus.
Maturo g propior deſine funeri
Inter ludere virgines,
Et ſtellis h nebulam ſpargere candidis.
Non, ſi quid Pholoen ſatis,
Et te Chlori decet. filia i rectius
Expugnat iuuenum domos,
Pulſu Thyas uti concita tympano.
Illam cogit amor Nothi
Laſciuę ſimilem ludere caprę:
Te lanę prope nobilem,
Tonſę Luceriam, non citharę decent,
Ne flos purpureus roſę,
Nec k poti uetulam fęce tenus cadi.

e Libidini, & meretricis lab.
f Pro Pone legitur, & Fige.
g Maturæ morti.
h Tua canitie obſcurare illarũ uirg. nitorem, ſimilem ſtellis.
i Magis decet filiã do. iu. expugnare.
k Necte decet cados uſq; ad fęcem exhauriri.

AD MOECENATEM. Ode XVI

Quanta ſit ad omnia expugnanda, etiam ad expugnandam pudicitiam, uis auri, exemplis docet. So[...] eſſe id pecuniæ inſitum ut nulla eius copia ſatiet, [...] creſcente ea creſcat ſimul cura, & ſollicitudo, ideoqu[e] beatum eſſe, qui mediocritate contentus uiuit.

INcluſam Danaen turris ahenea,
Robuſtęq; fores, & vigilum canum
Triſtes excubiæ, munierant ſatis
Nocturnis ab adulteris:
Si non Acriſium, virginis abditę
Cuſtodem pauidum, Iupiter, & Venus
Riſiſſent, a fore enim tutum iter & patens,
Conuerſio in b *pretium deo.*
Aurum per medios ire ſatellites,
Et perrumpere c *amat ſaxa, potentius*
Ictu fulmineo. concidit d *auguris*
Argiui domus, ob lucrum
Demerſa excidio, diffidit urbium
Portas e *uir Macedo, & ſubruit æmulos*
Reges muneribus. munera nauium
Sæuos f *illaqueant duces,*
Creſcentem ſequitur cura pecuniam.
Maiorumq; fames. iure g *perhorrui*
Latè conſpicuum h *tollere uerticem,*
Mæcenas, equitum decus
Quanto i *quiſque ſibi plura negauerit,*
Adijs plura fert. nil cupientium
Nudus caſtra peto: & transfuga, diuitum
Partes linquere geſtio.
Contemptę k *dominus ſplendidior rei,*

a Fore enim dicebant. Vel, ſciebant.
b Aurum.
c Solet, ut alibi.
d Amphiarai.
e Phil. Alex. m. pater.
f Irretiunt.
g Perhorruit uidetur legiſſe, uel ſchol.
h Quãto paucioribus contentus eſſe uoluerit.
i dom. cõt. rei.
k Quia, q bona cõtemnit, nihilo magis ſe carere ijs ſẽtit, q̃ ſi poſſideret. Vel aliquot.

Quàm

Quàm ſi, quicquid arat non piger Appulus,
Occultare meis dicere horreis,
Magnas inter opes inops.
Purę riuus aquę, ſyluæq; iugerum
Paucorum, & a ſegetis certa fides meę,
Fulgentem imperio fertilis Africę
Fallit b *ſorte beatior.*
Quanquam nec Calabrę mella ferunt apes,
Nec Leſtrygonia Bacchus in amphora
Langueſcit c *mihi nec pinguia Gallicis*
Creſcunt uellera paſcuis:
Importuna tamen pauperies abeſt:
Nec, ſi plura uelim, tu dare deneges.
Contracto d *melius parua cupidine*
Vectigalia porrigam:
Quam ſi e *Migdonijs regnum Aliatici*
Campis continuem. Multa petentibus,
Deſunt multa, bene eſt cui deus obtulit
Parca, quod ſatis eſt manu.

a Seges fidelis non mendax.
b Fallit pro latet hoc autē, exemplo Gr. λανθάνει αὐτὸν οὗ πᾶσιν δαιμονεστέρα
c Vt alibi languidiora uina, de uetuſtiorib.
d Repreſſa cupiditate.
e Vt alibi, quā ſi Lib. remotis Gad. iungas.

AD AELIVM LAMIAM.
Ode XVII.

Eum à nobilitate commendat: deinde hortatur ad genio indulgendum poſtridie, dum ſæuiet tempeſtas.

AEli, uetuſto nobilis ab Lamo,
(Quando, & priores hinc Lamias ferunt
Denominatos, & nepotum
Per memores genus omne faſtos,
Autore ab illo ducis originem
Qui Formiarum mœnia dicitur

AD TELEPHVM. Ode XIX.

Telephum non ita ueterum quarundam hiſtoriarum ſtudio uult eſſe deditum, ut interim quæ ad hilariter, & iucundè uiuendum ſpectant, negligat.

QVantum diſtet ab Inacho
Codrus, pro patria non timidus mori,
Narras, & genus Aeaci,
Et pugnata a ſacro bella ſub Ilio:
Quo b *chium pretio cadum*
Mercemur c *quis aquam temperet ignibus:*
Quo prębente domum; & d *quota,*
Pelignis caream frigoribus: taces.
De lunę properè nouę,
Da noctis medię, da puer auguris
Murenę. tribus aut nouem
Miſcentur cyathis pocula commodis.
Qui Muſas amat impares,
Ternos ter cyathos attonitus petet
Vates. tres prohibet ſupra
Rixarum metuens tangere Gratia,
Nudis iuncta ſororibus.
Inſanire f *iuuat, cur Berecynthię*
Ceſſant flamina tibię?
Cur pendet tacita fiſtula cum lyra?
Parcentes g *ego dexteras*
Odi ſparge roſas. audiat inuidus
Dementem ſtrepitum Lycus,
Et uicina ſeni non habilis Lyco.
Spiſſa te nitidum coma,
Puro te ſimilem Telephe ueſpero.

a Execrando.
b Chij uini cadum.
c Quis balneũ calfaciat.
d Quota hora fr. propulſemus, ad luculentum focũ cœnantes.
e Da poc. uel cyathum. Propter mediam noctẽ & no. lu. & Mur. auguratum, ternos ter, cyperit Auſon.
f Quum iuues inſanire, cur Ber.
g Parcè miniſtrantes.

a Matura. uiri potens
b Languidus,

Tempeſtiua a petit Chloe:
Me b lentus Glyceræ torret amor meæ.

AD PYRRHVM. Ode XX.

Pyrrhum monet, tam periculoſum eſſe illi Nearchum adoleſcentem a puella, quæ eum deperit, conari abſtrahere, quam leænæ catulos auferre Pyrrhum raptori, puellam leænæ, Nearchum (de quo ceu præda certatur) leænę catulo comparabat.

c Timidus, ignauus.

d Hæc leæna: cui puella cōparatur. Vide argum.

e Near. pugnę arbiter futurus, palmam ſuppoſ. ped. fertur. Ganymedes.

NON vides, quanto moueas pericl*o*
Pyrrhæ Gætulæ catulos leænę;
Dura poſt paulo fugies c inaudax
Prælia raptor;
Quum per obſtantes iuuenum cateruas
Ibit inſignem repetens Nearchum:
Grande certamen, tibi præda cedat
Maior an illi.
Interim dum tu celeres ſagittas
Promis, d hæc dentes acuit timendos:
Arbiter pugnæ poſuiſſe nudo.
Sub pede palmam
Fertur: & leni recreare uento
Sparſum odoratis humerum capillis:
Qualis aut Nireus fuit, aut aquoſa
Raptus e ab Ida.

AD AMPHORAM. Ode XXI.

f Siue querelis, & rixis excitandis, ſiue iocis mouendis aptum eſt uinum quod contines.

Petit ab amphora, ut ſibi uinum netuſtum in Coruini gratiam promat: atque hinc oblata occaſione laudes uini largius hauſti commemorat.

O Nata mecum conſule Manlio:
Seu f tu querelas, ſiue geris iocos,
Seu rixam, & inſanos amores.

Seu facilem pia teſta ſomnum,
Quocunq; a lectum nomine Maſſicum
Seruas, moueri digna bono die,
Deſcende, Coruino iubente,
Promere b languidiora uina.
Non ille, quanquàm Socratis madet
Sermonibus, te negliget horridus
Narratur, & priſci Catonis
Sępe mero caluiſſe uirtus.
Tu lene c tormentum ingenio admoues
Plerunque duro, tu ſapientium
Curas, & arcanum iocoſo
Conſilium retegis Lyęo,
Tu ſpem reducis mentibus anxijs,
Vireſq; & d addis cornua pauperi.
Poſt te neque iratos trementi
Regum apices, neq; militum arma.
Te Liber, & ſi lęta aderit Venus,
Segneſq; nodum ſoluere Gratię,
Viuęq; e producent lucernę,
Dum rediens fugat aſtra Phębus.

a Cuiuſcunq; cōſ. nomē inſcriptum eſt Maſſico quod ſeruas.
b Vetuſtate facta leniora.
c In Epi. Cōmiſſumq; reges, & uino tortus, & ira.
d Audacem, & pugnacem reddis.
e Sic Ode 8. & uigiles lucernas Perſeꝫ in lucem.

IN DIANAM, Ode XXII.

Dianæ conſecrat pinum uillæ ſuæ propinquam, & quotannis uerris immolati ſanguine arborem hanc aſperſurum ſe uouet.

Montium cuſtos nemorumq; uirgo,
Quę laborantes utero puellas
Ter uocata audis adimiſq; letho,
Diua triformis,
Imminens f uillę tua pinus eſto,

f Pinus, quę uillę imminet eſto tua: cui quotannis offerā uerris immolati ſanguinem.

Quam per exactos ego lętus annos,
Verris obliquum meditantis ictum
Sanguine donem.

AD PHIDILEN. Ode XXIII.

Ab illa poſſe placari Lares exiguis etiam ſacrificijs dicit, & minimè ſumptuoſis, modo hæc à puris manibus proficiſcantur.

COelo ſupinas ſi tuleris manus
Naſcente luna ruſtica Phidile:
Si ture placaris, & a horna — a Huius anni.
Fruge Lares, auidaq; porca,
Nec peſtilentem ſentiet Africum
Fœcunda, uitis, nec b ſterilem ſeges — b Virg. Mala culmos eſſet rubigo.
Rubiginem, aut dulces alumni
Pomifero c graue tempus anno. — c Pomifera parte anni .i. autumno.
Nam quę niuali paſcitur d Algido — d Monte.
Deuota, e quercus inter, & ilices — e Ex uoto debita.
Aut creſcit Albanis in herbis
Victima, pontificum ſecures
Ceruice tinget. te nihil attinet
Tentare multa cęde bidentium
Paruos f coronantem marino — f Quę paruos habes deos, quos coronas roſmar.
Rore deos fragiliq; myrto.
Immunis g aram ſi tetigit manus, — g Imm. a ſcelere.
Non ſumptuoſa blandior hoſtia,
Mollibus auerſos penates
Farre pio, & ſaliente nuca.

Ode

Ode XXIIII.

In auaros inuehitur, qui domos domibus ſubinde addunt, in ipſo etiã mari ędificãtes quum tamẽ nulla ædificia neceſſitate mortis eos liberare poſſunt. Scythas, qui plauſtris domos ſuas trahant, & in commune agros colant, feliciores eſſe ait. Quin etiam eã morum corruptelam, & peccandi licẽtiam apud hos eſse negat, quæ ſit apud Romanos. Ad hæc autẽ mari extirpanda una cum praua illa augendi opes cupiditate, diſciplina aſperiore opus eſse dicit.

INtactis a opulentior
Theſauris Arabum, & diuitis Indię,
Cęmentis b *licet occupes*
Tyrrhenum omne tuis, & mare Ponticum,
Si figit c *adamantinos*
Summis uerticibus dira neceſſitas
Clauos, non animum metu
Non mortis laqueis d *expedies caput.*
Campeſtres melius Scythę,
Quorũ plauſtra uagas rite trahunt domos,
Viuunt, & rigidi Getæ,
Immetata e *quibus iugera liberas*
Fruges, & Cererem ferunt,
Nec cultura placet longior annua,
Defunctumq́; f *laboribus*
Aequali recreat ſorte uicarius.
Illic matre carentibus
Priuignis mulier temperet g *innocens*
Nec dotata h *regit uirum*
Coniux, nec nitido fidit adultero,
Dos eſt magna, parentium
Virtus, & metuens alterius uirile

a Sic apud Propert. intactæ Arabiæ: quia nõdum Rom. arma ſenſerat.
b Lapidibus cæſis ad ædificandum.
c Vt alibi clatrabales.
d Extricabis.
e Quorũ agri quũ nulli ſint inter ſe ſeparati, liberũ eſt cuiq; percipere quas producũt fruges.
f Singulis annis alij, ſuſcepta puices cultura, dãt quiete ſcẽdi ſpatium ijs quibus ſuccedunt.
g Innocẽter.
h Imperat uiro ut Plaut. Arg. accepi, dote imperiũ uendidi.

Certe

Certo fœdere caſtitas

a Puniť morte peccatum, uidel. adulterium.

Et peccare nefas aut a pretium eſt mori.
O quiſquis uolet impias
Cędes,& rabiem tollere ciuicam,

b Pater patriæ.

Si quærat,b pater urbium
Subſcribi ſtatuis,indomitam audeat

c Cōprimere.
d Clarus futurus poſteris.

Refrænare c licentiam,
Clarus d poſt genitis,quatinus (heu nefas)

e Virt. eorum qui uiui ſunt, & incolumes odimus inuidi.

Virtutem e incolumem odimus,
Sublatam ex oculis quærimus inuidi.
Quid triſtes querimonię,

Al. Impiger extremos currit merc.ad Indos &c.

Si non ſupplicio culpa reciditur,
Quid leges ſine moribus
Vanæ proficiunt? ſi,neque feruidis
Pars incluſa caloribus
Mundi,nec Boreæ finitimum latus,
Duratæq́; ſolo niues
Mercatorem abigunt?horrida callidi

f Repete partic.ſi.
g Quę exiſtimatur opprobrium.

Vincunt f æquora nauitę?
Magnum pauperies g opprobrium iubet
Quiduis,& facere,& pati,
Virtutisq́; uiam deſerit arduæ.
Vel nos in Capitolium.
Quo clamor uocat,& turba fauentium,
Vel nos in mare proximum

h Cupiditatis primordia funditus tollenda & radicitus extirpanda.

Gemmas,& lapides,aurum,& inutile.
Summi materiam mali.
Mittamus ſcelerum ſi bene penitet,
Eradenda h cupidinis
Praui ſunt elementa,& tenerę nimis

Mentes

Mentes aſperioribus.
Formandę ſtudijs, a neſcit equo rudis
Hęrere ingenuus puer,
Venariq; b timet: ludere doctior
Seu Gręco iubeas trocho,
Seu malis vetita legibus alea.
Quum periura patris fides
Conſortem ſocium fallat, & hoſpitem,
Indignoq; pecuniam
Hęredi properet, ſcilicet improbę
Creſcunt diuitię, tamen
Curtę c neſcio quid ſemper abeſt rei.

AD BACCHVM. Ode XXV.

Se Bacchi numine áſſlatum Auguſti laudes uelle canere ait ac ſe primum Romanis inuſitatam carminis lyrici artem protuliſſe ſignificat. Hoc enim innuere jexiſtimatur iſtorum uerborum allegoria, *ut mihi deuio Rupes, & uacuum nemus. Mirari libet.*

QVò me Bacche rapis tui
Plenũ ?: quæ in nemora aut quos agor in (ſpecus,
Velox mente d noua? quibus
Antris, egregij Cæſaris audiar
Aeternum meditans decus
Stellis e inſerere, & concilio Iouis?
Dicam inſigne, recens, adhuc
Indictum ore alio f non ſecus in iugis
Ex g ſomnis ſtupet Euias,
Hebrum proſpiciens, & niue candidam
Thracen, ac pede barbaro
Luſtratam Rhodopen, ut mihi deuio.
Rupes, & uacuum nemus

a ingenui pueri diſcunt potiꝰ Gr. trocho ludere, aut alea, q̄ ꝙ potiꝰ diſcere deberent. nimirũ equitare, aut venari. Non uult al. cauet,

b Aliquid sẽper deeſſe uidetur, quo fit ut curta eſſe iudicetur.

c Diuino quodam inſtĩctu incitata.

d Laudibus in cœlũ tollere.

e Non aliter Thyades experrectæ admiratione ſubita percellũtur.

f Ex iuna uoce, ut Gr. ἔξυπνος. Vulgaris lectio. Ex ſomnis.

g Quam liber mirari rupes. Quã ta cũ admiratione ſimul, & uoluptate ſpecto rupes, &c.

Mi-

a Euertere.

Mirari libet ò Naiadum potens,
Baccharumq; ualentium
Proceras manibus a *uertere fraxinos,*
Nil paruum aut humili modo,
Nil mortale loquar. dulce b *periculum eſt*
O Leneę, c *ſequi deum*
Cingentem uiridi tempora pampino.

b Nō ſine periculo rem tātā aggredior, decus Cæſ. canere, ſed dulce peric.

c Sequi deum rapientem, ut in princ.

AD VENEREM. Ode XXVI.

Militiæ Cupidineę uale dicturus, arma amatoria Veneri ſe uelle conſecrare dicit, eamque rogat ut amicę ſuæ Chloes arrogantiam ſemel caſtiget.

VIxi puellis d *nuper idoneus,*
Et militaui non ſine gloria,
Nunc arma defunctumq; bello
Barbiton hic paries habebit,
Lęuum marinę e *qui Veneris latus*
Cuſtodit. hic ponite lucida
Funalia, & uectes, & arcus
Oppoſitis foribus minaces.
O, quę beatam diua tenes Cyprum, &
Memphin carentem Sithonia niue,
Regina, f *ſublimi flagello*
Tange Chloen ſemel, arrogantem.

d Cum eſſem ętate integra, & ad amores accom.

e Qui læuo Ve. lateri eſt cōtiguus, uel proximus.

f In ſublime elato, ut ictus ſit grauior.

AD GALATEAM. Ode XXVII.

Galateam à nauigatione deterrere uolens, nulla quidem eſſe omnia aut auſpicia dicit, quæ eam ab incepto itinere reuocent (qualia enumerata quædam, impijs obijci ſolitæ(ſed eſſe ait, quæ tempeſtatem minentur. Quin etiam Europę exemplo metum illi incutere conatur.

IMpios g *parrę recinentis omen*

g Impij malo homine duce iter ingrediātur quale eſt parte cantus, & fœta canis, uel lupa, &c.

Ducat,

Ducat, & pręgnans canis, aut ab agro
Raua decurrens lupa Lanuuino,
Fętaq; uulpes.
Rumpat, & ſerpens iter inſtitutum,
Si a *per obliquum ſimilis ſagittę*
Terruit manos. ego b *cui timebo,*
Prouidus auſpex?
Antequam ſtantes repetat paludes
Imbrium c *diuina* d *auis imminentum,*
Oſcinem e *coruum prece ſuſcitabo*
Solis ab ortu.
Sis f *licet felix ubicunque mauis,*
Et memor noſtri Galatea uiuas:
Teq; nec lęuus uetet ire picus.
Nec uago cornix:
Sed uides quanto trepidet tumultu
Pronus g *Orion? ego, quid ſit ater*
Adrię, noui, ſinus: & quid albus
Pecer h *Iapyx.*
Hoſtium i *uxores pueriq; cęcos*
Sentiant motus orientis Hędi,
Aequoris nigri fremitum, & trementes
Verbere ripas.
Sic, & Europe niueum doloſo
Credidit k *tauro latus, & ſcatentem*
Bellois pontum l *mediasq; fraudes.*
Palluit m *audax.*
Nuper in pratis ſtudioſa florum, &
Debitę nymphis opifex coronę,
Nocte n *ſubluſtri, nihil aſtra pręter*

Vidit

a Quū terrue riteque s. Sig. aūt quidā intell. de ea, quę ſ uite dicitur.
b Al. Quid tim.
c Cornix, a quæ augur.
d Diuina præſcia.
e Præbētē augurium cātu.
f Per oīa quidē ubi licet eſſe felici. i. feliciter cōficere iter ſeu, felix habere iter.
g Al. Decliuis
h Peccare ſoleat.
i Tales ſunt illi motus ut hoſtib. eos imprecari oporteat.
k Quidē illi hēns cōmiſit.
l Med. Quas animaduerterit quum iam in medio mari eſſet.
m Aud. antea. Videā, & iūgi poſſit cū ſeq. Nuper.
n Aliquātulū luminoſa.

Saxa delectant, age te procellæ
Crede veloci: niſi herile mauis
Carpere a *penſum*,
Regius ſanguinis; dominęq́; tradi
Barbarę pellex. Aderat querenti
Perfidum b *ridens Venus, & remiſſo*
Filius arcu.
Mox c *ubi luſit ſatis, Abſtineto*
(Dixit) irarum, calidæq́; rixæ,
Quum tibi inuiſus laceranda reddet
Cornua taurus.
Vxor d *inuicti Iouis eſſe neſcis?*
Mitte ſingultus: bene ferre magnam
Diſce fortunam: tua ſectus orbis
Nomina e *ducet.*

a Ar. Theſeo apud Naſ. Ne ve traham ſer ua gaudia pẽſa manu.
b Perſ. ridens. vel Querẽti il lum perſ. i. de illius perfidia
c Quũ iã Europã ſatis ludos feciſſet, uel ludificata eſſet.
d Ambig. vel, Græco more, p Neſcis te eſſe uxorem Io uis? uel Neſcis te gerere, ut decet uxorẽ. I. Q. d. Neſcis hanc pſonam ſuſtinere.
e Nomen à te accipiet tertia pars orbis.

AD LYDEN. Ode XXVIII.

Hortatur eam ut cum Neptunaliorum diem, in potu, & cantu tranſigat.

FEſto quid potius die
Neptuni faciam? prome reconditum
Lyde ſtrenua Cæcubum:
Munitęq́; f *adhibe uim ſapientię*
Inclinare meridem
Sentis, g *ac, ueluti ſtet uolucris dies:*
Parcis deripere horreo
Ceſſantem Bibuli conſulis amphoram.
Nos cantabimus inuicem
Neptunum, & uirides Nereidum comas:
Tu curua recines lyra

f Inuerſo ordi ne dixit, p eo qđ erat dicendũ, pme. Cęc. quid enim po tius facerem?
g Vĩ affer ſap. quæ aduerſus uoluptates munita, abhorret ẽt a lar giore potu.

Latonam, & celeris ſpicula Cynthiæ:
Summo a *carmine, quæ Cnidon*
Fulgenteſq; tenet Cycladas, & Paphon
Iunctis uiſit oloribus.
Dicetur merita Nox quoque nęnia.

> a Summa parte carminis (.i. extrema) cãt. eam quæ Cn. &c. i. Venerē. Cyrnis a quibus trahitur Curus Ven.

AD MOECENATEM. Ode XXIX.

Męcenatem ad ſuas epulas inuitat, quas illi gratas fore ſperat, quòd diuitibus ad pauperum frugales cœnas ſe conferentib. viciſſitudo illa placeat. Vrbem propter uehementes æſtus, & cum urbe curas ab eo vult relinqui. Non debere mortales de futuris anxios eſſe, ſed ad omnem euentum bene præparatum pectus (ut ipſe alibi loquitur) habere, dicit. Sed hoc ſibi (ſimul etiam ſui ſimile intelligens) facilius eſſe innuit, quá ijs, qui congerendis opibus ſunt dediti.

TYrrhena regnum progenies, tibi
Non ante b *uerſo lene merum cado*
Cum flore, Mœcenas, roſarum, &
Preſſa c *tuis balanus capillis*
Iamdudum apud me eſt eripe te morę,
Me ſemper udum Tibur, & Aeſulę
Decliue contempleris aruum,
Telegoni d *iuga parricidæ.*
Faſtidioſam e *deſere copiam, &*
Molem f *propinquam nubibus arduis:*
Omitte mirari beatę
Fumum, & opes ſtrepitumq́. Romæ.
Plerumque gratę diuitibus uices,
Mundęq́, paruo ſub lare pauperum
Cęnę, ſine aulęis, & oſtro,
Sollicitam g *explicuere frontem.*
Iam clarus occultum Andromedes h *pater*
Oſtendit

> b Quia uinū è cado prōptuari cadum uertebant.
> c Ex qua oleū expreſsu eſt ad capillos tuos vng.
> d Tuſculum.
> e Quæ faſtidium parit.
> f Alias regias moles.
> g Exhilararūt animos.
> h Cepheus, Proc. ſtella, quæ ante,

Oſtendit ignem. iam Procyon furit,
Et ſtella ueſani leonis,
Sole dies referente a ſiccos.
Iam paſtor umbras cum grege languido
Riuumq; feſſus quærit, & b horridi
Dumenta Syluani: caretq.
Ripa vagis taciturna uentis.
Tu ciuitatem quis deceat ſtatus,
Curas: & vrbi ſollicitus, times
Quid Seres, & regnata Cyro
Bactra parent, Tanaiſq. diſcors.
Prudens futuri temporis exitum
Caliginoſa nocte premit deus:
Ridetq. ſi mortalis ultra
Fas trepidat: quod adeſt, memento
Componere c æquus: cætera fluminis
Ritu feruntur, nunc medio alueo
Cum d pace delabentis Etruſcum
In mare, nunc lapides adeſos,
Stirpeſq. raptas, & pecus, & domos
Voluentis una, non ſine montium
Clamore, vicineq. ſyluæ.
Quum fera diluuies quietos
Irritat amnes. Ille e potens ſui
Lętuſq. deget, cui licet, f in diem,
Dixiſſe, ui xi: cras uel atra
Nube polum pater occupato,
Vel ſole puro. non tamen irritum
Quodcunque g retro eſt, efficiet: neque
Diffinget, infectumq. reddet,

a Canic. orif. Indicat autē feruētiſ. æſtū inſtare.
b Al. Horrida

c Adminiſtrare æquo animo.
d Q. d. pacificè, ideſt leniter.

e Nō obnoxiꝰ poteſtati fortunæ,
f In diem uixi vel, in diē dix.

g Præterijs.

Quod fugiens ſemel hora vexit.
Fortuna ſæuo læta negotio,&
Ludum inſolentem ludere pertinax,
Tranſmutat incertos honores,
Nunc mihi,nunc alij benigna.
Laudo a *manentem: ſi celeres quatit*
Pennas,reſigno quæ dedit:& mea
Virtute me inuoluo, probamq;
Pauperiem b *ſine dote quæro.*
Non c *eſt meum,ſi mugiat Africis*
Malus procellis,ad miſeras preces
Decurrere:& uotis paciſci,
Ne Cypriæ Tyriçq; merces
Addant auaro diuitias mari.
Tunc d *me biremis præſidio ſcaphæ,*
Tutum per Aegæos tumultus
Aura feret,geminuſq; Pollux.

a Gaudeo eũ manere: ſed ſi vult auolare, reddo quæ dedit:& me finibus meæ uirtutis includo.

b Sine dote,iã quã de uxore qua ſatis dotata eſt, ſi bene morata.

c Non eſt m. Nihil ad me attinet. Cura hæc ad me nõ pertinet.

d Significat id nunquam futurum.

Ode XXX.

Scribendis carminibus lyricis ſemelius conſuluiſſe immortalitati nominis ſui dicit quã ſi obtinuiſſet, ut ſibi æreę ſtatuę,aut pyramide,exigerentur. Præcipuãque laudis materiam fore innuit, quod primas ex Latinis in hoc carminum genere Græcos imitatus fuerit. Sic Naſo de ſuo Metamorph opere.

Iamq; opus exegi,quod nec Iouis ira,nec ignes,
Nec poterit ferrum,nec edax abo ere uetuſtas,&c.

EXegi monimentum ære perennius,
Regaliq; ſitu pyramidum altius:
Quod non imber edax, non Aquilo e *impotens*
Poſſit diruere,aut innumerabilis
Annorum ſeries,& f *fuga temporum.*
Non omnis moriar:multaq; pars mei

e Impotẽti ira ſequiens.

f Lapſus, Curſus.

Vitabit

Vitabit a *Libitinam. vſque ego poſtera*
Creſcam laude recens, dum Capitolium
Scandet cum tacita virgine pontifex,
Dicar, qua uiolens obſtrepit Aufidus,
Et qua pauper aquæ Daunus, agreſtium
Regnator b *populorum, ex humili potens*
Princeps Aeolium carmen ad Italos
Deduxiſſe modos, ſume ſuperbiam
Quæſitam meritis, & mihi Delphica
Lauro cinge uolens Melpomene comam.

a Immortalis erit. Nã Lib. dea erat funerum.

b Al. regnauit ex grammaticis. Erit autẽ conſtructio Gr. verborũ βασιλεύειν, ἀνάσσειν ζαρχαιν, & ſimilium.

Q. HORATII FLACCI
ODARVM, SEV CARMINVM
LIBER QVARTVS.

AD VENEREM. Ode I.

Quum iampridem amoribus uale dixiſſet, quæritur apud Venerem, ſe rurſum ad eos ſollicitari: quum alioqui ipſa etiam ætas ab illis abhorreat. Eam ergo hortatur, ut potius ad Paulum Maximum ſe conferat. Tandemque ſe unius Ligurini amori ſuccumbere fatetur. Videntur autem, intermiſſis amoribus, ſimul & carmina lyrica intermiſſa fuiſſe.

INtermiſſa Venus diu,
Rurſus bella c *moues. parce, precor.*
Non ſum qualis eram bonæ
Sub d *regno Cynaræ. deſine, dulcium*
Mater ſæua Cupidinum. *(precor.*

c Alij cum interrog.

d Dum Cyn. mihi eſſet domina.

Circa luſtra decem flectere a mollibus
Iam durum imperijs, abi
Quo blandæ iuuenum te reuocant preces.
Tempeſtiuius in domo
Pauli, purpureis b *ales oloribus,*
Comeſſabere c *maximi:*
Si torrere iecur quæris idoneum,
Nanque & nobilis, & decens,
Et pro ſollicitis non tacitus reis,
Et d *centum puer artium,*
Late ſigna feret militiæ tuæ.
Et e *quandoque potentior*
Largis muneribus riſerit æmuli:
Albanos prope te lacus
Ponet marmoream, ſub trabe citrea,
Illic f *plurima naribus.*
Duces thura: lyreq́; & Berecynthiæ
Delectabere tibiæ
Miſtis carminibus, non ſine fiſtula.
Illic bis pueri die
Numen cum teneris virginibus tuum
Laudantes, pede candido
In g *morem Salium, ter quatient humum.*
Me nec h *fœmina, nec puer*
Iam, nec i *ſpes animi credula mutui*
Nec certare iuuat mero:
Nec uincire nouis tempora floribus.
Sed cur, heu Licurine, cur
Manat k *rara meas lacryma per genas?*
Cur facunda parum decoro

a Quia molliunt animos.
b Velociter currens, & ꝑpemodum uolãs curru oloribus iuncto.
c Voluptuarię viues.
d Cui eſt ingeniũ ad quaſuis laudabiles artes propriũ.
e Quoties effeceris, ut ille apud amicam ſuperior ſit ęmulo ſuo, q̄ tumuis munifico tibi, marmoreũ ſignũ ſtatuet.
f Plurimi tibi ex thure incẽdentur odores.
g Vt Ode 36. lib. 1. Nec morem in Saliũ ſit requies pedum.
h Sub iuuat.
i Spes cum ꝑſuaſione coniuncta.
k Raræ lachrymę maiorem dolorem exprimunt.

Inter uerba a cadit lingua ſilentio?
Nocturnis te ego ſomnijs
Iam captum b teneo: iam uolucrem ſequor
Te per gramina Martij
Campi, te per aquas, c dure, uolubiles.

a Hæſitat, titubat.
b Tenere uideor, Sic ſeq. ſequi uideor.
c Inexorabilis.

AD ANTONIVM IVLVM Ode XI.

Pindarum eſſe eiuſmodi poetam dicit, ut ſi quis eũ imitari conetur, non minus famæ ſuę periculum ſit aditurus, quàm ſi cum Icaro pennis Dædaleis cœlo ſe credere audeat. Deinde ut Pindarum cycno altè uolãti, ita ſe api grata thyma laborioſe carpẽti comparat: ideoque ipſum Antonium ad celebrandam maiore plectio Cæſaris uictoriam hortatur. Tradunt autem ueteres ſcholiaſte hunc Antonium fuiſſe M. Antonij triumuiri filium.

Pindarum quiſquis ſtudet æmulari, I-
-ule, d cerati ope Dędalea
Nititur e pennis, uitreo daturus
Nomina ponto.
Monte decurrens uelut amnis, imbres
Quem ſuper notas f aluere ripas,
Feruet immenſuſq; ruit profundo
Pindarus ore:
Laurea g donandus Apollinari,
Seu per audaces noua dithyrambos
Verba deuoluit, numeriſq; fertur
Lege h ſolutis:
Seu deos regeſq; canit, deorum
Sanguinem, per quos cecidere iuſta
Morte Centauri: cecidit tremendę
Flamma Chimerę:
Siue, quos Elea domum reducit

d Cera iũctis.
e Conat⁹ eius ſimilis eſt conatui Icari.
f Ita auxerũt, ut extra ſuas ripas erũpat.
g Laurũ Delphicã vocat. ſ. lib. 3. ode ult.
h Minus aſtrictis, quã alij.

Palma a cæleſtes: pugilemve equumve
Dicit, & centum potiore ſignis
Munere donat:
Flebili ſponſæ iuuenemve raptum
Plorat: & vires animumq; moreſ-
-que aureos b *deducit in aſtra, nigro-*
-que inuidet Orco.
Multa c *Dircæum leuat aurat cycnum,*
Tendit, Antoni, quoties in altos
Nubium tractus: ego, apis Matinæ
More modoq;
Grata carpentis thyma per laborem
Plurimum, circa nemus, vuidiq;
Tiburis ripas, operoſa paruus
Carmina fingo.
Concines maiore poeta plectro
Cæſarem, quandoque trahet feroces
Per d *ſacrum cliuum, merita decorus*
Fronde, Sicambros:
Quo nihil maius meliuſve terris
Fata donauere, boniq; diui:
Nec dabunt, quamuis e *redeant in aurum*
Tempora priſcum.
Concines f *lætoſq; dies, & vrbis*
Publicum ludum, ſuper impetrato
Fortis Auguſti reditu, forumq;
Litibus orbum.
Tum meæ (ſiquid loquar g *audiendum)*
Vocis accedet bona pars: h *&, ò ſol*
Pulcher, ò laudande, canam, recepto

a Vt odel. metaq; fer. Euita carotis, p. nob. Terrarũ dominos euehit ad deos.

b Tollit laudibus in cęlum. Sic Cic. Laudes noſtras in aſtra ſuſtulit.

c Pĩdarũ altẽ uolãti cycno, propter glãdiloquẽtiam, & ſuauitatem, ſe api cõparat: eãquã innuẽs ſua carmina humilia qdẽ eẽ, ſed dulcia.

d Capitolinũ. Nam qui triũphabãt, p uiã Sacrã, & forũ Rom. in Cap. uehebantur.

e Redeãt aurei ſeculi tẽpora.

f Lætitiã pub. ob impetratũ a dijs red. Auguſti-quã-reſtab it pop. ferijs, & ludis.

g Dignum auditu.

h Et canam, o dies pulcher.

Cæſare

Cæſare felix.
Tuq; dum procedis, Io triumphe,
Non ſemel dicemus, Io triumphe,
Ciuitas omnis: dabimusq; diuis
Thura a benignis. — a Liberalibus.
Te decem tauri, totidemq; uaccæ,
Me tener b ſoluet uitulus relicta — b Soluet uoto.
Matre, qui largis iuueneſcit herbis
In c mea uota: — c ad perſoluēda uota mea.
Fronte curuatos imitatus ignes
Tertium Lunæ referentis ortum,
Qua d notam duxit, niueus uideri,
Cætera fuluus. — d Qua fronte notā accepit, ita ut candor ibi ſpectetur. Vel, In qua notatus eſt cādore ſpectabili, quum reliquo corpore ſit fuluus. Exiſtimatur autē imitatus Gr. genus loquendi, λευκὸς ἰδέσθαι.

AD MELPOMENEM. Ode III.

Melpomenæ acceptum ferri debere poetices donū ait, quod ſi quem in ipſa natiuitate beneuolis oculis intuita fuerit, is ad nullum aliud, quàm poetices ſtudium ſit animum appulſurus, nec aliunde gloriam ſibi comparaturus. Deinde illi de laude quam ipſe ex lyricis verſibus reportat, gratias agit.

QVem tu Melpomene ſemel
Naſcentem placido lumine uideris,
Illum non labor Iſthmius
Clarabit e pugilem, non equus impiger — e Clarū redde Nobilitabit.
Curru ducet Achaico
Victorem, neque res bellica f Delijs — f Del. fol. Apollinari laurea, ut Ode præc.
Ornatum folijs ducem,
Quòd regum tumidas contulerit minas,
Oſtendet Capitolio:
Sed quæ Tibur aquæ fertile perfluunt,
Et ſpiſſæ nemorum g comæ, — g Frondes.

a Efficient.
b Sapphico, & Alchaico.

Fingent a Aeolio b carmine nobilem.
Romæ principis urbium
Dignatur ſoboles inter amabiles
Vatum ponere me choros:
Et iam dente minus mordeor inuido.
O teſtudinis aureæ
Dulcem quæ c ſtrepitum Pieri d temperas:
O mutis quoque piſcibus
Donatura cycni ſi libeat, ſonum:
Totum muneris hoc tui eſt,
Quòd monſtror digito prætereuntium
Romanæ fidicen lyræ:
Quòd ſpiro, & placeo (ſi placeo) tuum eſt.

c Al. Ad ſtrepitum Citharæ, ceſſ. dum cura.
d Moderatis.

Ode IIII.

Druſi Neronis, qui fuit Auguſti Cæſaris priuignus uictoriam de Rhætis, & Vindelicis celebrat. Quietam Claudij Neronis fortia quædam facta commemorat. Tandem uerò, & totius gẽtis Romanæ fortitudo ore ipſius hoſtis (nimirum Annibalis) laudatur. Sed de Druſo loquens poeta diſciplinam, & educationem multum ad uirtutem poſſe oſtendit, tanquam aliquã harum eius laudum partem in Auguſtum deriuans.

e Qualẽ min. f.al. olim iuuẽtas propulit, &c.
Qualẽve leonẽ, &c. ideſt, Qualis ẽ ales min. ful. quẽ iuuen. prop. nido inſc. laborũ aut qualis eſt catulus leonis, quem &c. (tale) D. h. tum uidere Rhœti, &c.

QValem e miniſtrum fulminis alitem,
(Cui rex deorũ regnũ in aues uagas
Permiſit, expertus fidelem
Iupiter in Ganymede flauo)
Olim iuuentas, & patrius uigor
Nido laborum propulit inſcium:
Verniq; iam nimbis remotis,
Inſolitos docuere niſus
Venti pauentem, mox in ouilia
Demiſit hoſtem uiuidus impetus

Nunc

Nunc in reluctantes dracones
Egit amor dapis atque pugnæ:
Qualemve lætis caprea paſcuis
Intenta, fuluæ matris ab vbere
Iam lacte depulſum leonem,
Dente nouo peritura uidit,
Videre Rhæti bella ſub Alpibus
Druſum gerentem, & Vindelici, a *quibus*
Mos unde deductus per omne
Tempus Amazonia ſecuri
Dextras obarmet, quærere diſtuli,
(Nec ſcire fas eſt omnia) ſed diu
Lateq; uictrices cateruæ,
Conſilijs iuueni reuictæ,
Senſere quid mens rite, quid indole,
Nutrita fauſtis ſub penetralibus
Poſſet, quid Auguſti paternus
In pueros animus b *Nerones.*
Fortes creantur fortibus, & bonis
Eſt in iuuencis, eſt in equis patrum
Virtus, nec imbellem feroces
Progenerant aquilæ columbam.
Doctrina ſed uim promouet inſitam,
Rectiq; cultus pectora roborant,
Vtcunque c *defecere mores,*
Dedecorant d *bene nata culpæ.*
Quid debeas ò Roma Neronibus,
Teſtis Metaurum flumen, & Aſdrubal
Deuictus, & pulcher fugatis
Ille dies Latio tenebris,

a Qui cur Amadonicis ſecurib. utantur in prælio, nõ iam quærẽdũ cenſui.

b Tiberium & Brutum.

c Quandocũque, uel ubicũque.

d B. n. q̃ quãdam naturæ bonitatem erant nacta.

Qui

a Victoria, & gloria uel, Victoria glorioſa Qui prim⁹ dies parta uictoria lætitiã attulit Ro. ex quo Ann. Italiã p. curſauit ut ſi cedas, uel Eurus undas.
b Deorum ſtatuas erectas, quæ fuerant deiectæ.
c Latere.

Qui primus alma riſit a adorea:
Dirus per urbes Afer ut Italas,
Ceu flamma per tedas, vel Eurum
Per Siculas equitauit undas.
Poſt hoc ſecundis vſque laboribus
Romana pubes creuit: & impia
Vaſtata Pœnorum tumultu
Fana b deos habuere rectos:
Dixitq; tandem perfidus Annibal.
Cerui luporum præda rapacium,
Sectamur ultros quos opimus
Fallere c & effugere eſt triumphus.
Gens, quæ cremato fortis ab Ilio
Iactata Tuſcis æquoribus, ſacra
Natosq́ maturosq́; patres
Pertulit Auſonias ad urbes:

d Vt ilex amputatis ramis eo magis creſcit, ſic Ro. ipſa ẽt cædes uires, & animũ addunt.

Duris d ut ilex tonſa bipennibus
Nigrę feraci frondis in Algido,
Per damna, per cędes, ab ipſo
Ducit opes animumq́; ferro.
Non hydra ſecto corpore firmior
Vinci dolentem creuit in Herculem:
Monſtrumve ſummiſere Colchi
Maius, Echioniæve Thebæ:

e Si merſes.
f Cur ſint integræ uires.

Merſes e profundo, pulchrior euenit.
Luctere, multa proruet f integrum
Cum laude uictorem: geretq́;
Prælia coniugibus loquenda:

g Interijt.

Carthagini tam non ego nuntios
Mittam ſuperbos. g occidit, occidit

Spes

Spes omnis, & fortuna noſtri
Nominis, Aſdrubale interempto.
Nil Claudiæ non a *efficient manus:*
Quas, & benigno numines Iupiter
Defendit, & curæ ſagaces
Expediunt b *per acuta belli.*

a Al. perficiet. Sũt autẽ poetæ urbs.
b Per maxima quæque diſcrimina. Alij (minus veriſimiliter) de ijs quæ qs in bello excogitat acumine ingenij, & ſolertia.

AD AVGVSTVM. Ode V.

Auguſtum, vt reditum ſuum omnibus optatiſſimũ maturet, peccatur: & quàm felix ſit eius beneficio rerum Romanarum ratus, commemorat. Vnde illum, non aliter quam olim in Græcia Caſtorem, & Herculem, coli dicit.

Diuis c *orbe bonis, optime Romule*
Cuſtos gentis, abes iam nimium diu:
Maturum reditum pollicitus patrum
Sancto d *concilio, reci*
Lucem e *redde tuæ dux bone patriæ.*
Inſtar veris enim vultus vbi tuus
Affulſit, populo gratior it dies,
Et ſoles melius f *nitent.*
Vt mater g *iuuenem, quem Notus* h *inuido*
Flatu Carpathij trans maris æquora
Cunctantem ſpatio longius annuo
Dulci diſtinet a domo,
Votis ominibuſq; & precibus vocat,
Curuo nec faciem i *littore demouet:*
Sic deſiderijs, k *icta fidelibus*
Quærit patria Cæſarem.
Tutus l *bos etenim rura* m *perambulat,*
Nutrit rura Ceres, almaque fauſtitas:
Pacatum n *uolitant per mare nauitæ:*

c Diuis bo. dijs propitijs.
d Sancto cõuẽtui ſenatorũ.
e Redde te Patriæ cui luxes.
f Nitere videtur.
g Filiũ qui iuuenis eſt.
h Aduerſo, q inuidet matri ed. filij.
i Ad quod appulſurum ſperat.
k Pio deſiderio affecta.
l Tuti ſunt Agricolæ.
m Peragrat.
n Nauigant.

Culpari

Culpari metuit fides:
Nullis polluitur caſta domus ſtupris:
Mos a & lex maculoſum edomuit nefas:
Laudantur b ſimili prole puerperæ,
Culpam pœna premit comes.
Quis Parthum paueat? quis gelidum Scythen?
Quis Germania, quos horrida parturit
Fœtus incolumi Cæſare? quis fere
Bellum curet Iberiæ?
Condit c quiſque diem collibus in ſuis,
Et uitem uideas ducit ad arbores:
Hinc ad uina redit lætus & d alteris
Te menſis adhibet deum.
Te multa prece, te proſequitur mero
Defuſo pateris: & e Laribus tuum
Miſcet numen, ut Græcia Caſtoris.
Et magni memor Herculis.
Longas ò utinam dux bone ferias
Præſtes f Heſperiæ: dicimus g integri
Sicci h mane die, dicimus i uuidi,
Quum ſol Oceano ſubeſt.

a Boni mores, & lex Iulia de adulterijs cō preſſerunt fęditatem nefariam.
b Sim. p. q. ū antea in adulterijs, liberi pa rentes ore nō referrent.
c Totum diē vſque ad ueſ. mutatur in ui netis ſuis.
d Sic Virg. Cō dere ſole.
Secundis m.
e Lares colēs, ſimul, & tuū numen colit.
f Italiæ.
g Vt ſolido die, Ode i. li. 1.
h Ieiuni.
i Poti.

AD APOLLINEM. Ode VI.

Apollinis, & Dianæ laudes hac ode canit, quæ eſt carmen ſæculare, vt etiam oſtendunt hæc eius uerba, *ego dijs amicum, Sæculo feſtas referente luces, Reddidi carmen.*

DIue, quem proles Niobæa magnę
Vindicem linguæ, Tityoſq; raptor
Senſit. & Troiæ propè uictor altæ
Phthius Achilles,

k Qui Niobes magniloquā, & ſuperbam ling. in eius p ſe ultus es, & Tityum Latonā ſtupere conatū, necnon Ach.

Cæteris maior, tibi miles impar,
Filius quamuis Thetidos marinæ
Dardanas turres quateret tremendâ
Cuſpide pugnax.
Ille, mordaci uelut icta ferro
Pinus, aut impulſa cupreſſus Euro,
Procidit latè, poſuitq́; a collum
Puluere Teucro.
Ille, b non incluſus equo, Mineruæ
Sacra mentio, malè feriatos
Troas, & lætam Priami choreis
Falleret c aulam:
Sed palam captis grauis (heu nefas, heu)
Neſcios fari pueros Achiuis
Vreret flammis, etiam latentes
Matris in aluo:
Ni d tuis victus Veneriſq́; gratæ
Vocibus diuum pater, annuiſſet
Rebus Aeneæ potiore ductos
Alite muros.
Doctor argutę fidicen Thaliæ,
Phębe, qui Xantho lauis amne crines:
Dauniæ e defende decus camœnæ,
Leuis Agyieu.
Spiritum Phębus mihi, Phębus artem
Carminis, nomenq́; dedit poetæ.
Virginum primæ, puerią; claris
Patribus orti,
Delię f tutela deæ fugaces
Lyncas, & ceruos cohibentis arcu,

a Al. collum in pul.
b Si Paris Achillē non occidiſſe, te ſagittam, & manum eius dirigēte, nō equū eſſet cōmētus Achilles ad Troiā capiendā ſed in eam aperto Marte captam crudelis oīb. modis fuiſſet.
c Lateret.
d Niſi Iup. Aeneæ rebus ita fauiſſet, ut cōcederet illi muros auſpicio meliore condere.
e Latinæ, ut Ode 1 libr. 2. Dauniæ cades.
f Del. Sic Car. Dianæ ſumus in fide Puellæ & pueri integri.

Lesbium

Lesbium ſeruate pedem:meiq́;
Pollicis a *ictum*.
Rite b *Latonæ puerum canentes*,
Rite creſcentem c *face* d *noctilucam*,
Proſperam e *frugum,celeremq́; pronos*
Voluere menſes.
Nupta iam dices, Ego dijs f *amicum*,
Seculo g *feſtas referente luces*,
Reddidit h *carmen, docilis modorum*
Vatis Horati.

AD TORQVATVM, Ode VII.

Immortalia ne ſperes, monet annus, & almum
Quæ rapit hora diem.

Hi enim iſtius odes verſus argumentũ prioris eius partis complectuntur. Addit verò, & reparari uitam ſemel amiſſam non poſſe,& quo die ſimus eam amiſ ſuri incertum eſſe. Interim igitur nos, animo noſtro obſequentes, frui rebus illi debere,quæ alioqui in aui das hæredis manus venturæ eſſent.

D*Iffugere niues: redeunt iã gramina cãpis,*
Arboribuſq; i *comæ*.
Mutat terra uices,& k *decreſcentia ripas*
Flumina l *pretereunt*.
Gratia cum Nymphis geminiſq; ſororib.audet
Ducere nuda choros.
Immortalia ne ſperes,monet m *annus, & almũ*
Quæ rapit hora diem
Frigora miteſcunt zephyris:uer proterit æſtas,
Interitura,ſimul
Pomifer autumnus fruges effuderit:& mox
Bruma recurret iners.

a Modulatione lirici car. Qđ dicit quaſi lyrã ipſam percutiat. P.
b Apoll. filiũ Lat.
c F. Lumine.
d N Noctu lucentem.
e Proſperantẽ fruges,& celerem in uoluẽdis menſ.
f Gratum.
g Anno centeſimo.
h Cecini.
i Frondes.
k Nũc decreſ. quum hyeme creuiſſent.
l Præter. rip. ſuas eunt. i. ripas ſuas nõ excedunt, ſed intra alueũ labũtur P. Vel iunge accuſ. cum decreſc.
m Annuorũ tẽporũ uiciſſitudo. Sic Ca. Soles occidere, & redire poſſunt Nobis,&c.

Damna

Damna tamen celeres reparant cęleſtia Lunę:
Nos vbi a decidimus
Quo pius Aeneas, quò Tullus diues, & Ancus,
Puluis, & umbra ſumus.
Quis ſcit an adijciant hodiernę craſtina b ſūmæ
Tempera dij ſuperi?
Cuncta manus auidas fugient heredis, amico
Quæ c dederis animo.
Quū d ſemel occideris, & de te ſplēdida Minos
Fecerit arbitria,
Non Torquate genus, non te facundia, non te
Reſtituet pietas
Infernis neque enim tenebris Diana pudicum
Liberat Hippolytum:
Nec Lethęa valet Theſeus abrumpere charo
Vincula Pirithoo.

a Decid. eo quò deciderūt Ae. & Tullus.
b Ad ſummā dierū quos ad hoc uſq; tempus uiximus.
c Quę in obſequēdo animo tuo, ſeu animi tui deſiderijs, cōſumpſeris.
d Pallas apud Home. ait, ne Deos q̄dē ab eo quem chorum habeant, mortē arcere poſſe.
e In ea re cōmodū me res exhiberem, q̄ donarem p.
f Aera pro ſignis aut uaſis æreis.
g Accipere, ſi quidem abundarē ſignis & tabulis pictis in quib. Parrh. & ſc. artis ſuæ ſpecimen ediderunt.
h Solers in fingendo nūc h.
i Vis pro fac. ſeu copia.

AD MARCIVM CENSORINVM. Ode VIII.

Se nihil aliud amicis quàm carmina donare poſſe dicit, quod munus quanto alijs omnibus præſtantius ſit, oſtendit.

Donarem pateras grataq; e commodus
Cenſorine meis f æra ſodalibus:
Donarem tripodas, præmia fortium
Graiorum: neque tu peſſima munerum
Ferres: g diuite me ſcilicet artium,
Quas aut Parrhaſius protulit, aut Scopas,
Hic ſaxo, liquidis ille coloribus
Solers h nunc hominem ponere, nunc deum.
Sed non hęc mihi i vis non tibi talium

Res

Res eſt aut animus deliciarum egens.
Gaudes carminibus: carmina poſſumus
Donare, & a pretium dicere muneri.
Non inciſa notis marmora publicis,
Per quæ ſpiritus & uita redit bonis
Poſt mortem ducibus: non celeres fugæ,
Reiectæq; retrorſum Annibalis minæ,
Non incendia Carthaginis impiæ,
Eius b *qui domita nomen ab Africa*
Lucratus rediјt, clarius indicant
Laudes, quã Calabræ Pierides: neque,
Si chartæ c *ſileant quod bene feceris,*
Mercedem tuleris. d *quid foret Iliæ*
Mauortiſq; puer, ſi taciturnitas
Obſtaret meritis inuida Romuli?
Ereptum Stygijs fluctibus Aeacum
Virtus & fauor & lingua potentium
Vatum diuitibus conſecrat inſulis.
Dignum laude virum Muſa uetat e *mori,*
Cælo f *Muſa beat. ſic Iouis intereſt*
Optatis epulis impiger Hercules:
Clarum g *Tyndaridę ſidus ab infimis*
Quaſſas eripiunt ęquoribus rates:
Ornatus uiridi tempora pampino
Liber uota bonos ducit ad exitus.

a Oſtendere q̃ pretioſũ munus ſit carmẽ P.
b P. Corn. Scipionis, qui inde dictus eſt Africanus.
c Sil. tua bene facta & merita.
d Quo eſſet in honore? vel potius, Quæ eius memoria extaret.
e Immortale reddens eius nomen.
f Cœlo b. Beatũ efficit, quũ receptum eſſe in cęlũ omnibus carmine ſuo perſuadet. Cuius rei addit exempla.
g Repete aduerb. ſic Item in ſeq.

AD LOLLIVM. Ode IX.

Lollij laudes cantaturus, prius eam quam cõcipit ſe carminum ſuorũ immortalitate ſpẽ p̃dicat. Neque n. Homeri tantum, ſed aliorum ẽt eo inferiorum carmina uiuere. Deinde multorũ res geſtas obliuione delet as eſſe dicit, ꝙ illis poetæ defuerint. Poſtremo, ne idem, & Lollio uſu veniat, eius uirtutes celebrat.

NE forte credas interitura quę
Longè ſonantem natus ad Aufidum,
Non a *antè vulgatas per artes*
Verba loquor ſocianda chordis.
Non ſi priores Męonius tenet
Sedes Homerus, Pindaricę latent,
Cęęq;, b *& Alcęi minaces,*
Steſichoriq; graues camœnę.
Nec, ſiquid olim luſit e *Anacreon,*
Deleuit ętas. ſpirat adhuc amor,
Viuuntq; commiſſi d *calores*
Aeolię fidibus puellę.
Non f *ſola comptos arſit adulteri*
Crines, & aurum ueſtibus illitum
Mirata, regaleſq; cultus,
Et comites, Helene Lacęna;
Primuſve Teucer tela Sydonio
Direxit arcu, non ſemel Ilios
Vexata, non pugnauit ingens
Idomeneus Sthenelusve ſolus
Dicenda Muſis pręlia. non ferox
Hector, uel acer Deiphobus graues
Excepit ictus pro pudicis
Coniugibus pueriſq; primus.

a Sic li. 3. Ode vlt. Princeps Aeolium car. ad Italos. Deduxi ſe modos.
b Simonideę.
c Teius ſupr. Ode 17.
d Amores.
e Sapphus.
f Quamuis de ſola Hel. memoriæ id proditum ſit, tũ, & aliæ idẽ antea fecerant, nec primus Teuc. fuerat ĩ ſignis iaculator, nec ſemel Il. &c. ſed ideo ignorãtur, qđ ipſis non contigerit vates vt illis. Six. mox carent quia uatę ſacro.

Vixere fortes ante Agamemnona
Multi: a *ſed omnes illacrymabiles*
Vrgentur ignotiq; longa
Noet carent quia uate ſacro,
Paulum b *ſepultę diſtat inertiæ.*
Celata virtus non ego te meis
Chartis normatum ſileri,
Totve tuos patiar labores
Impunè, Lolli, c *capere liuidas*
Obliuiones. eſt animus tibi
Rerumq; prudens, & ſecundis
Temporibus dubijſque rectus:
Vindex d *auaræ fraudis, & abſtinens*
Ducentis e *ad ſe cuncta pecuniæ,*
Conſulq; non vnius anni,
Sed f *quoties bonus atque fidus*
Iudex honeſtum prętulit vtili, &
Reiecit alto dona nocentium
Vultu, & per obſtantes cateruas
Explicuit ſua uictor arma.
Non poſſidentem multa, uocaueris
Rectè beatum, rectius occupat
Nomen beati, qui deorum
Muneribus ſapienter uti,
Duramq; g *callet pauperiem pati;*
Peiuſq; letho h *flagitium timet,*
Non ille pro caris amicis
Aut patria timidus perire.

a Oēs iacent ęternis demerſi tenebris.

b Nō multum diſtat ab inertia uirtus ut de illa, ita de hac quoq; ſi leatur.

c Silentio tegi & paulatim obſcurari.

d Punitor auaritiæ.

e Cui cūcta patent.

f Quoties incorruptū te iudicē præbes, & fortiter pro rep. te geris, toties conſularibus faſcibus ornat te tua uirtus.

g Al. anguſtā Od. ij. l. 4.

h Turpitudinem.

AD LIGVRINVM. Ode X.

Futurum eſſe dicit, ut quum ei flos ætatis exaruerit, doleat quod in illo flore mens eadem quæ poſtea, ſibi non fuerit.

O Crudelis adhuc, et a ueneris munerib. potẽs — a Formoſus.
Inſperata tuę quũ ueniet b *pluma ſupbiæ:* — b Prima barba.
Et quę nũc humeris inuolitãt, c *deciderint comę:* — c Cũ exoletus fueris.
Nunc & qui color eſt d *puniceę flore prior roſæ,* — d Purpureæ.
Mutatus, Ligurinũ in faciem uerterit e *hiſpidã:* — e Piloſam.
Dices, Heu (quoties te in ſpeculo uideris f *alterũ)* — f Differentẽ.
Quæ meus eſt hodie, cur eadem non puero fuit?
Vel cur his animis g *incolumes nõ redeũt genę?* — g Imberbes.

AD PHYLLIDEM. Ode XI.

Phyllidem amicam ad celebrandum ſecum Mæcenatis natalem inuitat. De Telepho autem iam illi cogitandum nõ eſſe dicit, quippe qui alius puellæ amore captus ſit: ac certè Phaëthontem, & Bellerophontẽ documento illi eſſe, ut ſibi diſparem uitet.

E St mihi nouum ſuperantis annum
Plenus h *Albani cadus: eſt in horto* — h Alb. vini.
Phylli nectendis apium coronis: — i Copia.
Eſt edere i *uis.*
Multa, quã crines religata fulges: — k Renidet, ſplendet.
Ridet k *argento domus: ara, caſtis*
Vincta l *uerbenis, auet immolato* — l Graminib. cum ſua terrà euulſis.
Spargier agno.
Cuncta feſtinat manus: huc & illuc — m Surſũ ferũtur cũ ęmulo, quotam motu
Curſitant miſtę pueris puellę:
Sordidum flammę m *trepidant rotantes*
Vertice fumum.

Vt tamen noris quibus aduoceris
Gaudijs, a *idus tibi ſunt agendæ*
Qui dies menſem Veneris marinæ
Findit Aprilem.
Iure ſolennis mihi, ſanctiorq́;
Penè natali proprio, b *quod ex hac*
Luce Mæcenas meus affluentes
Ordinat annos.
Telephum, quem tu c *petis, occupauit*
(Non d *tuæ ſortis iuuenem) puella*
Diues, & laſciua, tenetq́; grata
Compede uinctum.
Terret ambuſtus Phaethon auaras
Spes, & exemplum graue præbet e *ales*
Pegaſus, terrenum equitem grauatus
Bellerophontem,
Semper ut te digna ſequare, & ultra
Quam licet ſperare, nefas putando
Diſparem uites. age iam meorum
Finis f *amorum,*
(Non enim poſt hac alia g *calebo*
Fœmina) condiſce modos, amanda
Voce quos reddas, minuentur h *acræ*
Carmine curæ.

a Apriles.
b Quot ſit natalis Mœcenatis.
c Quem expetis, In quẽ ꝓpenſa es.
d Non t. ſ. Diſparem tibi, ut ſeq.
e Alatus.
f Quã oĩum poſtremam amare conſtitui.
g Incẽdar ſu.
h Atras eximet curas.

AD VIRGILIVM. Ode XII.

Vna cum verè (a cuius deſcriptione incipit) tempora ſtatim adduxiſſe dixit (ut pote de adulto iã uere loquens) deoq́; ad ſua pecula cum inuitat: ſed ea conditione, ut ipſe unguenti nardini onychem aſſerat.

Iam veris comites, quæ mare temperant,
Impellunt i *animæ lintea Thraciæ:*

i An. Thr. Veti Thracij, vid. del. Fauonij. Alij Ereſias intell.

Iam

Iam nec prata a rigent, nec fluuij ſtrepunt
Hyberna niue turgidi.
Nidum ponit, Ityn flebiliter gemens,
Infelix b *auis, & Cecropiæ domus*
Aeternum opprobrium, quòd male barbaras
Regum eſt ulta libidines.
Dicunt in tenero gramine pinguium
Cuſtodes ouium carmina fiſtula.
Delectantq́; c deum, cui pecus, & nigri
Colles Arcadiæ placent.
Adduxere ſitim tempora Virgili.
Sed preſſum Calibus ducere Liberum
Si geſtis, d *iuuenum nobilium cliens,*
Nardo e *uina merebere.*
Nardi paruus onyx eliciet cadum,
Qui nunc Sulpiciis accubat f *horreis.*
Spes donare nouas largus, amaraq́;
Curarum eluere efficax.
Ad quæ ſi properas gaudia, cum tua
Velox g *merce ueni, non ego te meis*
Immunem h *meditor tingere poculis,*
Plena diues ut in domo.
Verùm pone moras, & ſtudium lucri.
Nigrorumq́; i *memor, dum licet, ignium,*
Miſce k *ſtultitiam conſilijs breuem.*
Dulce eſt l *deſipere in loco.*

a Squalleat frig.
b Hirundo veris nuntia.
c Pana.
d Claudij, & Druſi.
e Sed ſi uinũ Calenũ haurire cupis, nardus tua erit meam uini p̃tium. Suprà dixit unã prelo Caleno domitam.
f Vt ſ. Deripere horreo ceſſ. amphoram. Od.28.l.3.M. ut dixit merebere.
g Nihil afferentem.
h Nigr. ign. Lugubrium, Rogalium.
i Miſce ludicra, & iocoſa ſerijs.
k Solutiore riſu deſipientes imitari, modo id alieno tempore non fiat.

IN LYCEN. Ode XIII.

Lyce meretrici inſultat, tanquã ſuæ ferociæ (de qua quæritur ode 10. libri 3.) pœnas danti quas illi imprecatus eſt, quum iam ſenectus totam mutarit ab illa quæ olim fuerat: ita ut quum & formoſa haberi, & ſe ut iuuenem geret uelit, a iuuenibus contra faſtidiatur;

a Ludis ludos amatoris.
b Qualis eſt ſenilis.
c Amoris flãmam in te iã extinctam excitas.
d Vetulas.
e Putridi.
f Canities.
g Perip. temporum præteritorum.
h Venus pro uenuſtate.
i Inſtructa ijs, omnibus quæ aliqua alliciẽdi amoris arte ualent.

AVdiuere, Lyce, dij mea uota, dij,
Audiuere, Lyce, fis anus, & tamen
Vis formoſa uideri;
Ludisq;, a & bibis impudens,
Et cantu b tremulo pota c Cupidinem
Lentum ſollicitas. ille uirentis &
Doctæ pſallere Chię
Turpant & capitis niues.
Importunus enim tranſuolat d aridus
Quercus, & refugit, te quia e luridi
Dentes, te quia rugæ
Turpant & capitis f niues.
Nec Coæ referunt iam tibi purpurę,
Nec clari lapides, g tempora quæ ſemel
Notis condita factis
Incluſit uolucris dies.
Quò fugit h uenus (heu) quoue color decens?
Quò motus? quid habes illius, illius,
Quę ſperabat amores?
Quæ me ſurpuerat mihi,
Felix poſt Cynaram, notaq;, & i artium
Gratarum facies? ſed Cynarę breues
Annos fata dederunt.
Seruatura diu parem

Cornicis

Cornicis a vetulę temporibus Lycens,
Poſſent vt iuuenes, viſere feruidi,
Multo non ſine riſu,
Dilapſam in cineres facem,

AD AVGVSTVM. Ode XIIII.

Auguſto nullus a Senatu populoq; Romano hono res deferri dicit, qui uirtutes eius æquare poſſint. Hiſtorias, quas èius priuignis de uarijs gẽtibus reportarũt, celebrat, tãquã ad ipſius Auguſti felicitatẽ ſimul, & gloriam pertinẽtes, quod nimirum bella auſpicijs illius geſſerint. Tandem igitur quaslibet gẽtes, etiam quæ in remotiſſimis terræ partibus ſitæ ſint, eius imperium agnoſcere & uenerari ait.

QVAE cura patrum, quæve Quiritum,
Plenis b honorum muneribus tuas
Auguſte virtutes in æuum
Per titulos memoreſq́; faſtos
Aeternet c? o qua ſol habitabiles
Illuſtrat oras, d maxime principum,
Quem e legis expertes Latinę
Vindelici didicere, nuper,
Quid Marte poſſes. milite nam tuo
Druſus Genaunos, implacidum genus,
Brennoſq́; ueloces, & arces
Alpibus impoſitas tremendis
Deiecet acer f plus uice ſimplici:
Maior Neronum mox graue prelium
Commiſit, immaneſq́; Rhætos
Auſpicijs pepulit ſecundis:
Spectandus in certamine Martio,
Deuota morti pectora liberę
Quantis fatigaret ruinis;

a Lucr. cornicum ut Sæcla uetuſta.

b Quaſi nullis honorib. plenè meritis ei ſatisfacere poſſint, ſenatus populuſq. Rom.

c Aeternas reddat, Immortalitati conſecret.

d Max. oĩum orbis habitabilis principũ

e Quum didicere quid poſſes. Helleniſmus. vet. Lat. uſitatus.

f Plus quã ſemel, ut quidã exp. Por. intell. cũ in illis deijciendis intuliſſe cladem duplam, & ita non ſimplici uice reddidiſſe eam quam illi intulerãt.

Indomitas propè qualis undas
Exercet Auſter, Pleiadum choro
Scindente nubes, a impiger hoſtium
Vexare turmas, & frementem
Mittere equum medios per ignes.
Sic b tauriformis uoluitur Aufidus,
Tui regna Dauni præfluit Appuli.
Quum ſæuit, horrendamq́;
Diluuiem meditatur agris
Vt barbarorum Claudius agmina
Ferrata uaſto diruit impetu.
Primoſq́; & extremos metendo,
Strauit c humum, d ſine clade uictor.
Te copias, te conſilium, & e tuos
Prebente diuos. nam tibi, quo de
Portus Alexandrea ſupplex
Et vacuam patefecit aulam,
Fortuna f luſtro proſpera tertio
Belli ſecundos reddidit exitus,
Laudemq́; & optatum peractis
Imperijs g decus arrogauit.
Te Cantaber non antè domabilis,
Meduſq́;, & Indus, te profugus Scythes
Miratur, ò tutela præſens
Italiæ, dominæq́; Romæ,
Te, fontium qui celat origines
Niluſq́;, & Iſter, te rapidus Tigris,
Te, belluoſus qui remotis
Obſtrepit Oceanus Britannis,
Te, non pauentis funera Galliæ,

a Impiger hoſt. v. t. & mittere, &cęt. qualis eſt Auſter quũ exercet, & agitat undas. Pl. ch. ſc. nubes.

b Sic taur. Iũge cum ſeq. vt Cl. uaſto impetu dir.

c Operuit, & cõpleuit humum.

d Sine ulla ſuorũ iactura.

e T. Tibi fauẽtes. Indicat ãt bellũ illud auſpicijs eius geſtum fuiſſe.

f Quia ira euenit ut poſt annos xv. Druſ. eo die Rhætos Vindel. vĩceret, quo die Aug. Alexandriã uicerat. P. Alij poſt tredecim annos.

g Dec. de cõ. ſecr. intell. P. Quidã de cognomine patris patriæ.

Duræq́;

Duraq; tellus audit Iberię:
Te cęde gaudentes Sicambri
Compoſitis a venerantur armis.

a In ſua ſede reconditis, Quidã, Pacatis bellis.

AVGVSTI LAVDES, Ode XV.

Auguſti laudes hac quoque ode canit, licet a canendis eius prælijs ab Apolline deterritum ſe fuiſſe dicat. Potiſſimum autem laudat eũ quòd pacem ſuis reddiderit, & refrænata quæ cũ ſumma licentia uagabatur morum corrũptela, eas artes reuocarit per quas imperium a maioribus fuerat amplificatum.

PHœbus uolentem prælia me loqui,
Victas, & vrbes, increpuit, lyra:
Ne b parua Tyrrhenum per æquor.
Vela darem. tua Cæſar ætas
Fruges, & agris retulit uberes;
Et ſigna noſtro reſtituit Ioui,
Derepta Patrorum ſuperbis
Poſtibus: & uacuum duellis
Ianum c Quirini clauſit, & ordinem
Rectum, d & uaganti frena licentiæ
Iniecit, e amouitq; culpas.
Et veteres reuocauit artes,
Per quas Latinum nomen, & Italæ
Creuere uires famaq;, & imperi
Porrecta f maieſtas ad ortum
Solis, ab Heſperio cubili.
Cuſtode rerum Cęſare, non furor
Ciuilis aut uis g exiſtimet otium.
Non ira, quę procudit enſes,
Et miſeras h inimicat urbes.
Non i qui profundum Danubium bibunt:

b Alleg. ne magna modis paruis tenuarem, ũt Od. 3. lib. 3.

c Quidam Ianum Quirinũ legi uolũt, q- dam Fanum Quirini.
d Al. Euagãti.
e Al. Emodit.
f Amplificata
g Al. exiget. in expellet.
h Inimicas inter ſe reddit. Ad inimicitias cõpellit.
i Thraces, Pãnones, Tauris Germani.

Edicta

Indomitas propè qualis undas
Exercet Auſter, Pleiadum choro
Scindente nubes, a *impiger hoſtium*
Vexare turmas, & frementem
Mittere equum medios per ignes.
Sic b *tauriformis uoluitur Aufidus,*
Tui regna Dauni præfluit Appuli.
Quum ſæuit, horrendamq́;
Diluuiem meditatur agris
Vt barbarorum Claudius agmina
Ferrata uaſto diruit impetu.
Primoſq; & extremos metendo,
Strauit c *humum,* d *ſine clade uictor.*
Te copias, te conſilium, & e *tuos*
Prebente diuos. nam tibi, quo de
Portus Alexandrea ſupplex
Et uacuam patefecit aulam,
Fortuna f *luſtro proſpera tertio*
Belli ſecundos reddidit exitus,
Laudemq; & optatum peractis
Imperijs g *decus arrogauit.*
Te Cantaber non antè domabilis,
Meduſq́;, & Indus, te profugus Scythes
Miratur, ò tutela præſens
Italiæ, dominæq́; Romæ,
Te, fontium qui celat origines
Nilusq́;, & Iſter, te rapidus Tigris,
Te, belluoſus qui remotis
Obſtrepit Oceanus Britannis,
Te, non pauentis funera Galliæ,

a Impiger hoſt. v. t. & mittere, &cęt. qualis eſt Auſter quū exercet, & agitat undas. Pl. ch. ſc. nubes.

b Sic taur. Iūge cum ſeq. vt Cl. uaſto impetu dir.

c Operuit, & cōpleuit humum.

d Sine ulla ſuorū iactura.

e T. Tibi fauētes. Indicat ātbellū illud auſpicijs eius geſtum fuiſſe.

f Quia ira euenit ut poſt annos xv. Drus' eo die Rhætos Vindel. vīceret, quo die Aug. Alexandriā uicerat. P. Alij poſt tredecim annos.

g Dec' de cō. ſecr. intell. P. Quidā de cognomine patris patriæ.

Duraeq; tellus audit Iberię:
Te cęde gaudentes Sicambri
Compoſitis a *venerantur armis.*

a In ſua ſede reconditis, Quidã, Pacatis bellis.

AVGVSTI LAVDES, Ode XV.

Auguſti laudes hac quoque ode canit, licet a canendis eius prælijs ab Apolline deterritum ſe fuiſſe dicat. Potiſſimum autem laudat eũ quòd pacem ſuis reddiderit, & refrænata quæ cũ ſumma licentia uagabatur morum corrũptela, eas artes reuocarit per quas imperium a maioribus fuerat amplificatum.

PHœbus uolentem prælia me loqui,
Victas, & vrbes, increpuit, lyra:
Ne b *parua Tyrrhenum per æquor.*
Vela darem. tua Cæſar ætas
Fruges, & agris retulit uberes;
Et ſigna noſtro reſtituit Ioui,
Derepta Patrorum ſuperbis
Poſtibus: & uacuum duellis
Ianum c *Quirini clauſit, & ordinem*
Rectum, d *& uaganti frena licentiæ*
Iniecit, e *amouitq; culpas*
Et veteres reuocauit artes,
Per quas Latinum nomen, & Italæ
Creuere uires famaq;, & imperi
Porrecta f *maieſtas ad ortum*
Solis, ab Heſperio cubili.
Cuſtode rerum Cęſare, non furor
Ciuilis aut uis g *exiſtimet otium.*
Non ira, quę procudit enſes,
Et miſeras h *inimicat urbes.*
Non i *qui profundum Danubium bibunt:*
Edicta

b Alleg. ne magna modis paruis tenuarem, ũt Od. 3. lib. 3.

c Quidam Ianum Quirinũ legi uolũt, q̃dam Fanum Quirini.
d Al. Euagãti.
e Al. Emodit.
f Amplificata
g Al. exiget. in expellet.
h Inimicas inter ſe reddit. Ad inimicitias cõpellit.
i Thraces, Pãnones, Tauris Germani.

Edicta rumpent Iulia:non Getæ
Non ſeres,inſidive Perſæ,
Non a *Tanaim prope flumen orti.*
Noſq; & profeſtis lucibus,& ſacris,
Inter iocoſi munera Liberi,
Cum prole,matroniſq; noſtris,
Rite deos prius apprecati
Virtute functos more patrum,duces,
Lydis remiſto carmine tibijs,
Troiamq; & Anchiſen, & almæ
Progeniem b *Veneris canemus.*

a Scythe, & Sarmate.

b Iulium Ceſ. Aug. Tiberiū Druſos.

Q. HORATII FLACCI
EPODON LIBER.

AD MOECENATEM, Epod. I.

Mæcenati ad bellum Actiacum proficiſcenti comitem ſe offert,non tam quòd præſentia ſua quicquam commodi ſit ei laturus, quam quòd minus de ſalute eius ſollicitus ſit futurus.

IBIS c *liburnis inter alta nauium,*
Amice,propugnacula:
Paratus omne Cæſaris periculum
*Subire,*d *Mæcenas,tuo.*
Quid nos?quibus te uita ſit ſuperſtite
Iucunda:ſi contra,grauis:
Vtrùmve e *iuſſi perſequemur otium,*
Non dulce,ni tecum ſimul?

c Liburnicis nauibus, & dictis a Liburnia,partes maioris Illyriæ.
d Excipere.
Otiabimurne antea, quum utrum ſine te iucundum futurum ſit.

An

An hunc laborem mente laturi, decet
Qua ferre non molles uiros
Feremus? a *& te uel per Alpium iuga,*
Inhoſpitalem, & Caucaſum,
Vel Occidentis vſque ad ultimum ſinum,
Forti ſequemur pectore?
Roges, tuum labore quid iuuem meo,
Imbellis, ac firmus parum.
Comes b *minore ſum futurus in metu,*
Qui maior abſentes habet:
Vt aſſidens implumibus pullis auis,
Serpentium allapſus c *timet*
Magis relictis: d *non, ut adſit auxili*
Latura plus preſentibus.
Libenter hoc & omne militabitur
Bellum in tue ſpem gratie:
Non e *ut iuuencis illigata pluribus*
Aratra nitantur meis:
Pecuſue f *Calabris ante ſidus feruidum*
Lucana mutet paſcua:
Nec ut g *ſuperni uilla candens Tuſculi*
Circæa h *tangat menia.*
Satis ſuperq; me benignitas tua
Ditauit. haud parauero
Quod aut auarus ut Chremes, terra premam,
Diſcinctus i *aut perdam ut nepos.*

a Sibi ipſe reſpondet.
b Si totũ proficiſcar, multo minus ſollicitus ſum futuri. Quá ſi maneam.
c Magis timet rel.
d Que, quam uis adſit, plus auxilij nõ eſt quare præſentibus latum relictis.
e Non ut plura ęgri iugera poſſid. eam.
f Sic Ep. 2. l. 2. Calabris ſaltibus adiecti Lucani.
g Sup. In colla ſiti.
h Pertingat vſq; ad Circæi. uidel. Tuſculũ, Vt uillæ, ædificia p̃tingant uſq; ad ipſam urbem.
i Luxurioſus.

EPODI II.

Varias vitæ ruſticæ laudes hæc ode complectitur; præſertim uero ab animi tranquillitate, & frugalitate eam laudat.

Beatus ille, qui procul negotijs.
(Vt priſca gens mortalium)
Paterna rura bobus a *exercet ſuis,*
Solutus omni fænore:
Neque b *excitatur claſſico miles truci;*
Neque horret iratum mare:
Forumq; uitat, & ſuperba ciuium
Potentiorum limina.
Ergo aut adulta uitium propagine
Altas maritat populos:
Inutilesq; c *falce ramos amputans;*
Feliciores inſerit:
Aut in reducta ualle mugientium
Proſpectat errantes greges:
Aut preſſa puris mella condit amphoris;
Aut tondet infirmas oues:
Vel, quum decorum d *mitibus pomis caput*
Autumnus armis extulit,
Vt e *gaudet inſitiua decerpens pyra,*
Certantem, & uuam purpuræ
Qua muneretur te Priape, & te pater
Syluane, tutor finium.
Libet iacere, modò ſub antiqua ilice,
Modo in tenaci gramine.
Labuntur f *altis interim ripis aquæ:*
Queruntur in ſyluis aues;

a Colit, ſubigit.
b Neque militat, neque nauigat.
c Superuacaneos.
d Maturis virg. ſunt nobis mitia poma.
e Quam gaudet.
f Fluunt.

Fonteſq; lymphis a obſtrepunt manantibus,
Somnos quod inuitet leues.
At quum tonantis b annus hybernus Iouis
Imbres niueſq; comparat;
Aut trudit acres hinc, & hinc c multa cane
Apros in d obſtantes plagas,
Aut e amite leui rara tendit retia,
Turdis edacibus dolos:
Pauidumq; leporem, et f aduenã laqueo gruem,
Iucunda captat præmia.
Quis non malarum quas amor curas habet,
Hęc inter obliuiſcitur?
Quod g ſi pudica mulier in partem iuuet
Domum atque dulces liberos:
(Sabina qualis, aut peruſta ſolibus
Pernicis uxor Appuli)
Sacrum h uetuſtis extruat i lignis focum,
Laſſi ſub aduentum uiri:
Clandeſq; textis cratibus lætum pecus,
Diſtenta k ſiccet ubera:
Et l horna dulci uina promens dolio,
Dapes m inẽptas apparet:
Non me Lucrina iuuerint in conchylia,
Magiſve rhombus, aut ſcari
Si quos eois n intonata fluctibus
Hyems ad hoc uertat mare:
Non Afra auis deſcendat in uentrem meum,
Non o attagen Ionicus,
Iucundior, quàm lecta de pinguiſſimis
Oliua ramis arborum:

a Pro ſimpl. Strepũt. i Strepitum edũt. g inuitet.
b Anni tẽpus hyb.
c Multis canibus.
d Oppoſitas.
e Furcula ex qua rete ſuſpẽditur ad capiẽdas aues.
f Tranſmarinam.
g Al. Quid ſi.
h Al. Sacrũ & uet.
i Veſtę & lari.
k Ligna ſuper focum.
l Mulgeat, Mulgendo exhauriat.
m Huius annĩ
n Dominatas
o Si quos ſecũ tonitru excitata tẽpeſtas in fluct. maris.

Aut herba lapathi prata amantis, & a graui
Maluæ ſalubres corpori:
Vel agna feſtis cæſa terminalibus,
Vel hędus ereptus lupo.
Has inter epulas, b *ut iuuat paſtas oues*
Videre properantes domum
Videre feſſos uomerem inuerſum boues
Collo trahentes languido:
Poſitoſq; vernas, ditis examen domus,
Circum renidentes Lares.
Hęc ubi loquutus fęnerator Alphius,
Iam iam futurus ruſticus,
Omnem c *relegit idibus pecuniam:*
Quærit calendis ponere.

a Quidā exp. Aegroto. Rectius de graui ob durā aluū. b Quā iuuat. c Rel. O pec. ut iā iam futuru. ſed ad īgeniū rediēs & ad innatā ſibi auaritiam, quęrit rurſū per collocare ī fęnus ſeu dare; quū eā paulo ante recollegiſſet, exactā ab ijs, quib. eā fœnori dederat. Quidam diſt. poſt loq. ut ſit pro Loquutus ſum:

AD MOECENATEM. Epod. III.

Eſus alij deteſtatio.

P*Arentis olim ſiquis impia manu*
Senile guttur fregerit:
Edit d *cicutis alium nocentius:*
O dura meſſorum ilia.
Quidem e *hoc ueneni ſæuit in præcordijs;*
Num viperinus hic cruor
Incoctus herbis f *fefellit? an malas*
Canidia tractauit dapes?
Vt Argonautas præter omnes candidum
Medea g *mirata eſt ducem;*
Ignota tauris illigaturum iuga,

d Edit ex uer. cod. & ſcho. pro Edat, ut ſat. vlt. Sic Plau. comedit pro comedat. e Quid ueneni hoc eſt, qđ ſ. pro. Quod eſt uenenū? Quale genus ueneni? f Latuit. i. me inſcio fuit in ei. g Mirata amare cœpit.

Perunxit

Perunxit hoc Iaſonem,
Hoc delibutis ulta donis a pellicem,
Serpente fugit b *alite.*
Nec tantus unquam ſiderum inſedit c *uapor*
Siticuloſæ Apuliæ.
Nec d *munus humeris efficacis Herculis*
Inarſit æſtuoſius.
At, ſi quid unquam tale concupiueris,
Iocoſæ Mecenas, precor
Manum puella ſuauio apponat tuo,
Extrema, & in ſponda cubet.

a Glaucū Creontis filium.
b Pennigero alato.
c Pro calore, ut apud Lucr.
d Palla quam D. miſit H. cruorem Neſſi centauri imbutam.

AD MENAM, LIBERTUM
Pompeij Magni, in cuius, ex mutata conditione, arrogantiam inuehitur.
Epod. IIII.

Lupis, & agnis quanta e *ſortitò obtigit,*
Tecum mihi diſcordia eſt,
Ibericis f *peruſte funibus latus,*
Et crura dura compede.
Licet ſuperbus ambules pecunia,
Fortuna non mutat genus.
Videſne, ſacram metiente te uiam
Cum bis ter ulnarum toga,
Ut ora uertat huc, & huc euntium
Liberrima indignatio?
Sectus g *flagellis hic triumuiralibus,*
Preconis ad faſtidium,
Arat Falerni mille fundi iugera,

e Sorte naturali, q.d. Quāta innata eſt illi diſ.
f Tu cuius latus peruſtum eſt.
f Nimiā laritatē reprehēdit. ut Ci. in Cat. & Manicati, & Talaribus tunicis uelis amictos, non togis.
g Indignātiū uerba.

Et Appiam a mannis terit.
Sedilibuſq; b *magnus in primis eques*
Othone contempto ſedet.
Quid c *attinet tot ora nauium graui*
Roſtrata duci pondere
Contra latrones atque ſeruilem manum,
Hoc hoc tribuno militum?

a Qui erãt eq uirorũ princ. b Sed ordinibus. c Quid ꝓdeſt armarici ab Auguſto contra ſeruos, quos armauit S. Pomp. fi. M. ſeruus ac latro, trib. eſt mil. & cl. præfectus.

IN CANIDIAM VENEFICAM
Epod. V.

Loquentem inducit puerum quendã, quem aliquot veneficæ ſub terra defoderant mento tenus, fame necandum, ut ex eius iecore, & medulla poculum amatorium conficerent. Huius preces primum, deinde imprecationes aduerſus eas deſcribit. Exiſtimatur autem Gratidiam Canidiæ nomine ſignificare.

AT ò deorum quicquid in cœlo regit
Terras, & humanum genus,
Quid d *iſte fert tumultus? & quid omnium*
Vultus in vnum ne truces?
Per liberos te, ſi uocata partubus
Lucina veris affuit:
Per hoc inane e *purpurę decus precor,*
Per improbaturum hęc Iouem.
Quid ut nouerca me intueris, aut uti
Petita ferro bellua?
Vt f *hæc trementi quęſtus ore, conſtitit*
Inſignibus g *raptis puer,*
Impube corpus, quale poſſet impia
Mollire Thracum pectora:
Canidia breuibus implicata uiperis
Crines, & incomptum caput,

d Quid ſibi vult iſte tum, Quid ita tumultuamini? e Prætextam. f Hic loqui incipit Horat. g Prætexta (q̃ purp. dixit), & bulla.

Iubet a ſepulchris caprificos erutas,
Iubet cupreſſus funebres,
Et uncta turpis oua ranæ ſanguine,
Plumamq; nocturnæ ſtrigis,
Herbaſque quas b *Iolcos atque Iberia*
Mittit, venenorum ferax,
Et oſſa ab ore rapta ieiunæ canis,
Flammis aduri c *Colchicis.*
At expedita Sagana, per totam domum
Spargens auernales aquas,
Horret capillis, ut marinus, aſperis
Echinus, aut d *currens aper.*
Abacta nulla Veia conſcientia,
Ligonibus duris humum
Exhauriebat, ingemens laboribus:
Quò poſſet infoſſus puer
Longo e *die bis terve mutare dapis*
Inemoris ſpectaculo:
Quum promineret ore, quantum extant aqua
Suſpenſa memento corpora.
Exerta f *uti medulla, & aridum iecur,*
Amoris eſset poculum:
Interminato g *quum ſemel fixę cibo*
Intabuiſſent h *pupulæ.*
Non defuiſſe maſculę libidinis
Ariminenſem Foliam,
Et otioſa credidit Neapolis,
Et omne uicinum oppidum:
Quæ ſidera excantata uoce i *Theſſala*
Lunamq; cælo deripit.

a Iub. Can. ſtā. aduri Col ch. imp. corp. Sed alij, Puer, impube corp. per appoſ.
b Vrbis Theſſaliæ.
c Magico ritu preparatis: ob Medeam Colchicam.
d Curſu incitatus, & iratus, tūc.n. ſetæ in dorſo eriguntur.
e Quidā. Longo ſpect. Sed. l. die i. æſtiuo, vult An.
f Al. Exucta, vel Execta.
g A cuius eſu arcebatur.
h P. acies oculorum.
i Carminibus & incantationibus.

Hic irreſectum ſæua dexte liuido
Canidia rodens pollicem,
Quid dixit? aut quid tacuit? a *O rebus meis*
Non infideles arbitræ,
Nox, & b *Diana, quæ ſilentium regis,*
Arcana c *quum fiunt ſacra:*
Nunc nunc adeſtnunt in hoſtiles domos
Iram atque d *numen uertite.*
Formidoloſis e *dum latent ſyluis feræ,*
Dulci ſopore languidæ,
Senem (quod omnes rideant) f *adulterum*
Latrent g *Suburanæ canes,*
Nardo perunctum: quale non perfectius
Meę laborarunt manus.
Quid h *accidit? cur dira barbarę minus*
Venena Medeę ualent,
Quibus ſuperbam fugit ulta pellicem,
Magni Creontis filiam,
Quum palla, tabo minus imbutum, nouam
Incendio nuptam abſtulit?
Atqui nec herba, nec latens in aſperis
Radix i *fefellit me locis.*
Indormit k *vnctis omnium cubilibus*
Obliuione pellicum.
Ah, ah, ſolutus ambulat ueneficæ
Scientioris carmine.
Non uſitatis Varę l *potionibus*
(O m *multa fleturum caput)*
Ad me recurres: nec uocata mens tua
Marſis redibit n *uocibus.*

a Hæc dicũtur a Canidia.
b Hecate, ſeu luna.
c Nocturna malefica.
d Vim, & potẽtiam V. diu.
e Noctu.
f Amatorem Varum.
g Sic uer. In uul. Subburanæ, uel Suburanæ.
h Tib. Quicquid habet Circe qcquid Medea ueneni.
i Latuit.
k Duplex eſſe põt uerborũ ordo. Vide Lãbini cõment.
l Al. cantionibus.
m Pœnas magnas daturũ.
n Carminib.

Maius

Digitized by Google

Maius parabo, maius infundam tibi
Faſtidienti a *poculum.*
Priuſq; cęlum ſidet inferius mari,
Tellure b *porrecta ſuper:*
Quàm non amore ſic meo flagres, uti
Bitumen atris ignibus.
Sub hæc puer, iam non, ut antè, mollibus
Lenire c *uerbis impias:*
Sed dubius unde d *rumperet ſilentium,*
Miſit e *Thyeſteas preces.*
Venena, f *magnum fas nefaſq;, non ualent*
Conuertere humanam uicem.
Diris g *agam uos, dira deteſtatio*
Nulla expiatur uictima.
Quin, vbi perire iuſſus expirauero,
Nocturnus occuram furor.
Petamq; vultus umbra curuis unguibus,
(Quæ uis deorum eſt manium)
Et inquietis aſſidens pręcordijs,
Pauore ſomnos auferam.
Vos turba uicatim hinc ſaxis petens
Contundet, obſcœnas anus.
Poſt, inſepulta membra h *different lupi,*
Et exquilinæ alites.
Neque hoc parentes, heu mihi ſuperſtites,
Effugerit ſpectaculum.

a Faſt. me.

b Superiecta.

c Leniebat.

d Loqui inciperet.

e Thyeſteis ſimiles imprecationes.

f Vide Lambini Comment.

g Perſequar vos diris precibus.

h In diuerſas partes auferent.

IN CASSIVM SEVERVM, Epod. VI.

a Canem uocat q oblatraret ſua obtrectatione, & maledicus eſſet.
b Eos qui remordere poſſunt.
c Perſequar.
d Quiſquis erit maledicus.

Q *Vid immerentes hoſpites uexas, a canis,*
Ignauus aduerſum b *lupos?*
Quin huc inanes, ſi potes, uertis minas,
Et me remorſurum petis?
Nam qualis aut Moloſſus, aut fuluus Lacon,
(Amica uis paſtoribus)
Agam c *per altas aure ſublata niues,*
Quæcunque d *præcedet fera.*
Tu quum timenda uoce compleſti nemus,
Proiectum odoraris cibum.
Caue, caue. nanque in malos aſperrimus
Parata tollo cornua.

e Archilochus qui Lyc. qđ filiam ſibi deſpõſam denegaſſet, ad ſuſpendium maledicis uerſ. ſuis adegit.
f Arch. Hipponax.
g Nõ me terrebitur puerũ

Qualis Lycambę ſpretus infido e *gener,*
Aut acer f *hoſtis Bupalo.*
An ſiquis atro dente me petiuerit,
Inultus g *ut flebo puer?*

AD POPVLVM ROMANVM, execratio belli ciuilis in Brutum, & Caſſium. Epod. VII.

h Terreſtrib. & naualibus prælijs.

Q *Vò quò ſceleſti ruitis? aut cur dexteris*
Aptantur enſes conditi?
Parumne h *campis atque Neptuno ſuper*
Fuſum eſt Latini ſanguinis?
Non ut ſuperbas inuidæ Carthaginis
Romanus arces ureret:

Intactus

Intactus a *aut Britannus ut deſcenderet*
Sacra catenatus uia:
Sed ut ſecundum b *uota Parthorum, ſua*
Vrbs hæc periret dextera.
Neque hic lupis mos nec fuit leonibus
Vnquam, niſi in diſpar c *feris.*
Furor d *ne* e *cęcus, an rapit uis acrior?*
An culpa? reſponſum date,
Tacent, & ora pallor albus inficit
Menteſq; f *perculſæ ſtupent.*
Sic eſt; acerba fata Romanos agunt,
Scelusq; fraternæ necis.
Vt immerentis fluxit in terram Remi
Sacer g *nepotibus cruor.*

a Non dũ bello laceſſitus.
b Optata.
c Non niſi in diſpar genus feris. Al. in diſpar genus.
d Inſania.
e Perc. cõſciẽtia ſceleris.
f Execrabilis ſup. ſacrum ilium.
g Non pudes te reg. Vel, Oportetne. Decetne.

IN ANVM LIBIDINOSAM, Epodi VIII.

ROgare h *longo* i *putidam te ſæculo,*
Vires quid eneruet meas?
Quum ſit tibi dens ater, & rugis uetus
Frontem ſenectus exaret:
Hietq; turpis inter aridas nates
Podex, uelut k *crudę bouis:*
Sed incitat me pectus, & mammæ putres,
Equina quales ubera,
Venterq; mollis, & femur tumentibus
Exile ſuris additum.
Eſto beata, funus atque imagines
Ducant triumphales tuum.
Nec ſit marita quæ rotundioribus

h Longa ætate.
i Indomitæ, uel ueturç A. Quidã, Quæ cruditate laborans, cibũ non cõcoquit ſed eijcit.
k Sed in c. ironicè q.d. Scilicet inc.

a Lapillis gẽmis unionib.
b Solent.

Onuſta a baccis ambulet.
Quid, quòd libelli Stoici inter ſericos
Iacere puluillos b *amant?*
Illiterati num minus nerui rigent?
Minuſve languet faſcinum?
Quod vt ſuperbo prouoces ab inguine,
Ore allaborandum eſt tibi.

AD MOECENATEM.

c Repoſitum. Ad hoc reſeruatum.
d Hac lyra .ſ. Dor. illis tib. barbarum.
e Fugat⁹ Nep. Sex. Põp. Magni fil. f ſe Neptuni fil. eſſe prædicabat.
g Ser. quos ad nauale prælĩũ duxerat.
h Adductus.
i Fæminę uallum, & arma. fort. m. i. cũ indignatione legendum.
k G. uelũ ad culices arcendos, quos Gr. pellant.
l Al. At huc.

De Cæſaris aduerſus Antonium, & Cleopatram uictoria, quam ſpe percipit, & velut præſentit. Epodi. IX.

QVando c *repoſtũ cæcubũ ad feſtas dapes,*
Victore lætus Cæſare,
Tecum ſub alta (ſic Ioui gratum) domo,
Beate Mæcenas, bibam
Sonante miſtum tibijs carmen lyra,
Hac d *Dorium, illis barbarum?*
Vt nuper, e *actus quum freto* f *Neptunius*
Dux fugit, uſtis nauibus.
Minatus urbi uincla, quæ detraxerat
Seruis g *amicus perfidis.*
Romanus (eheu poſteri negabitis)
Emancipatus h *fœminæ,* i
Fert uallum, & arma miles, & ſpadonibus
Seruire rugoſis poteſt
Interq; ſigna turpe militaria
Sol aſpicit k *conopeum.*
Ad l *hunc frementes uerterunt bis mille equos*
Galli

Galli canentes Cæſarem:
Hoſtiliumq; nauium portu latent a Quidam ad infortunium referunt.
Puppes a ſiniſtrorſum b *citæ.* b Leg. & ſitæ procitæ.
Io triumphe, tu c *moraris aureos* c M In mora es curr. triumphalibus iam paratis.
Currus, & intactas boues.
Io triumphe, nec Iugurthino parem
Bello reportaſti ducem,
Neq; Africano, d *cui ſuper Carthaginem* d Illum ducẽ cui ſup.
Virtus ſepulchrum condidit.
Terra mariq; uictus hoſtis, e *Punico* e Purpureo quo Imp. utebantur.
Lugubre mutauit ſagum:
Aut ille centum nobilem Cretam urbibus,
Ventis iturus f *non ſuis,* f Non. ſ. Non ſecundis. Aduerſis.
Exercitatas aut petit Syrtes Noto:
Aut fertur incerto mari.
Capaciores affer huc puer ſcyphos,
Et Chia uina, aut Lesbia:
Vel, quod fluentem nauſeam coerceat,
Metire nobis Cæcubum. g Sup Ode 7. li. 1. Nunc uino pellite curas.
Curam g *metumq; Cæſaris rerum iuuat*
Dulci Liæo ſoluere.

IN MAEVIVM POETAM,
Cui tempeſtatem, & naufragium imprecatur. Epod. X.

Mala ſoluta nauis exit h *alite,* h Auſpicio malo, ut. ſ. mala ducis aui domum.
Ferens olentem Mæuium.
Vt horridis utrunque uerberes i *latus* i Latus nauis qua uehitur.
Auſter memento fluctibus.

a Agitato, & uelut perturbato.
b Diſſipet.
c Optatum.
d Nimboſus, Vir. excitatau rem grauiſſ. tempeſtates in occaſu ſuo.
e Oilei.
f Luridus faluus.
g Fletus muliebris.
h Minus preces audienté.
i Quòd ſi naufragi corpus fuerit præda mergis, immol. &c.

Niger rudentes Eurus a *inuerſo mari,*
Fractoſq; remos b *differat.*
Inſurgat Aquilo, quantus altis montibus
Frangit trementes ilices.
Nec ſidus atra nocte c *amicum appareat,*
Qua d *triſtis Orion cadit*
Quietiore nec feratur æquore,
Quàm Graia uictorum manus,
Quum Pallas vſto uertit iram ab Ilio
In impiam e *Aiacis ratem.*
O quantus inſtat nauitis ſudor tuis
Tibiq; pallor f *luteus,*
Et illa non virilis g *eiulatio,*
Preces, & h *auerſum ad Iouem,*
Ionius udo quum remugiens ſinus
Noto carinam ruperit.
Opima i *quòd ſi præda curuo littore*
Porrecta mergos iuueris,
Libidinoſus immolabitur caper
Et agna tempeſtatibus.

AD PETTIVM, VEL PECTIVM ſe amore auocari à ſcribendis, vt antea, verſiculis.
Epodi XI.

PEtti, nihil me ſicut antea, iuuat
Scribere uerſiculos
Amore perculſum graui,
Amore, qui me, præter omnes, expetit

Mollibus

Mollibus in pueris
Aut in puellis urere.
Hic tertius a *December, ex quo deſtiti*
Inachia furere,
Syluis b *honorem decutit.*
Heu me per urbem (nam pudet tanti mali)
Fabula c *quanta fui.*
Conuiuiorum, & pœnitet,
In queis amantem, & languor, & ſilentium
Arguit, & latere
Petitus imo ſpiritus.
Contraq; d *lucrum, nil ualere candidum*
Pauperis ingenium
Quærebar, applorans tibi:
Simul calentis inuerecundus e *deus,*
Feruidiore mero
Arcana promorat loco.
Quòd ſi meis inæſtuet præcordijs.
Libera bilis, ut hæc
Ingrata uentis f *diuidat*
Fomenta, g *vulnus nil malum leuantia,*
Deſinet imparibus
Certare ſummotus pudor
Vbi hæc ſeuerus te palam laudaueram,
Iuſſus abire domum,
Ferebar incerto pede
Ad non amicos (heu) mihi poſtes, & (heu)
Limina h *dura, quibus*
Lumbos, & infregi latus.
Nunc gloriantis quamlibet mulierculam
Vincere

a Annus tertius ex quo deſtiti furioſo Inachiæ amore teneri.
b Frondes.
c Tib. Fabula nunc ille eſt.

d Solam pecuniam ſpectari.

e Bacchus, quod ebrij ſint inuerecundi.

f Diſcutiat.
g Blandiora uerba appellationes, loquacesnutus, ſpes lenocinia.

h Inconſtãtia amant, Od. 10 li. 3. Liminis patiens latus.

Vincere mollitia,
Amor Lyciſci me tenet:
Vnde expedire non amicorum queant
Libera conſilia ,
Nec contumeliæ graues :
Sed alius ardor aut puellæ candidæ ,
Aut teretis pueri ,
Longam renodantis comam.

IN ANVM QVANDAM, *fœdam ac fœtidam, nec non libidinoſam.* Epod. XII.

a Mũctiſſimæ uñ Procur. 1.
b Anus hircũ olet Narium morbus.
c Marcidis.
d Libidinẽ ef frenatam.
e Tenta ad cubilia refert.
f Validum, & firmum iuuenem.

QVid tibi uis mulier nigris digniſſima bar-
Munera cur mihi quidve tabellas (ris?
Mittis, nec firmo iuueni, neq; naris a *obeſæ ?*
Namq; ſagacius unus odoror,
Polypus, b *an grauis hirſutis cubet hirc⁹ ĩ alis*
Quàm canis acer, ubi lateat ſus ,
Quis ſudor d *uietis, et quã malus undiq; mẽbris*
Creſcit odor quum pene ſoluto
Indomitam e *properat rabiem ſedare: nec illi*
Iam manet humida creta, colorq;
Stercore fucatus crocodili: iamq; ſubando
Tenta f *cubilia tectaq; rumpit.*
Vel mea quum ſæuis agitat faſtidia uerbis ;
Inachia langues minus ac me.
Inachiam ter nocte potes, mihi ſemper ad unum
Mollis opus pereat malæ quæ te.
Lesbia, quærenti g *taurum, monſtrauit inertem:*

Quum mihi Cous adeſſet Amyntas,
Cuius indomito conſtantior inguine neruus
Quam noua collibus arbor inhæret:
Muricibus Tyrijs a *iteratæ uellera lanæ*
Cui b *properabantur? tibi nempe.*
Ne foret æquales inter conuiua, magis quem
Diligeret mulier ſua quàm te.
O ego non felix, quam tu fugis, ut pauet acres
Agna lupos, capreæq; leones.

a Bis tinctæ.
b Cum natura celebritate texebantur.
Ouid. Vtq; fugit uiſos agna nouella lupos.

AD AMICOS.

Vt genio indulgendi occaſionem ex tempeſtatæ ſimulque ex ętate capiant.
Epodi. XIII.

Horrida tẽpeſta: cœlũ cõtraxit, & c imbres
Niuesque deducunt Iouem.
Nunc mare d *ſylua*
Threiciæ Aquilone ſonant. rapiamus amici
Occaſione de die:
Dumq; uirent, genua,
Et decet, obducta ſoluatur ſenectus
Tu uina e *Torquato moue.*
Conſule preſſa meo.
Cętera f *mitte loq; deus hęc fortaſſe benigna*
Reducet in ſedem uice
Nunc, & g *Achęmenia*
Perfundit nardo iuuat, & fide Cyllenea
Leuare diris pectora
Sollicitudinibus:

c Tãta uis eſt imbrium, & niuium ut Iouẽ ipſum ſolio deducere, & ſecum trahere uideãtur
d Diæreſis natus ſum. Quo Coſſ.
e Vt alibi. Permitte diuis cętera.
f Perſica, uel Aſſyrica.
g Cyll. Mercuriali, Cuius ĩuẽtor ẽ Merc.

Nobilis

a C. Chiron Achilli.

Nobilis ut grandi cecinit a centaurus alumno;
Inuicte mortalis, dea
Nate puer Thetide,
Te manet b *Aſſaraci tellus, q̄ frigida parui*
Findunt Scamandri flumina,
Lubricus, & Simois.
Vnde tibi reditum certo c *ſubtemine Parcæ*
Rupere: nec mater domum
Cærula te reuehet.
Illic omne mallum uino cantuq; leuato,
Deformis ægrimoniæ
Dulcibus d *alloquijs.*

b Aſſ. Sic. Aſſarari domus Vir. a Troianis oriundi.

c Ter. Anus ſubtemnebat.

d Vinum, & cantum uocat alloquia ægrim. i. ſolatia

AD MOECENATEM.

Cui ſe de non abſolutis iambis excuſat, ob Phrynes amorem. Epodi XIIII.

Mollis inertia cur tantam diffuderit imis
Obliuionem ſenſibus,
Poculę Lethæos ut ſi ducentia ſomnos
Arente fauce e *traxerim:*
Candide Męcenas occidis ſępe rogando.
Deus deus nam me vetat:
Inceptos, olim promiſſum carmen, iambos
Ad f *vmbilicum adducere.*
Non aliter Samio dicunt arſiſſe Bathylo
Anacreonta Teium:
Qui Perſæpe caua teſtudine fleuit amorem,
Non elaboratum ad pedem.
Vreris ipſe miſer. g *quòd ſi non pulchrior ignis*
Accendit obſeſſam Ilion,

e Hauſerim.

f Abſoluere. Prou. Græci coronidē imponere.

g Si Hel. Troiani incendij cauſa, pulchrior nō fuit tua puella.

Gaude

Gaude ſorte tua: me libertina neque uno
Contenta a *Phryne macerat .*

a Lege Lamb. com.

AD MEAERAM AMICAM,
Quærimonia de eius periurio.
Epod. X V.

NOx erat, & cęlo fulgebat luna ſereno
Inter minora ſidera ,
Quum tu, magnorum numen læſura deorum,
In b uerba iurabas mea ,
Arctius c atque edera procera aſtringitur ilex,
Lentis d adhęrens brachijs,
Dum e pecori lupus, & nautis infeſtus Orion
Turbaret hybernum mare ,
Intonſoſq. agitaret Apollinis aura capillos ,
Fore hunc amorem mutuum .
O dolitura mea multum uirtute Neęra .
Nam ſiquid in Flacco f uiri eſt ,
Non feret aſſiduas potior te dare noctes ,
Et quæret iratus g parem .
Nec h ſemel offenſę cedet conſtantia formæ,
Si certus intrarit dolor.
At i tu, quicunq; es k fęliciori, atque meo nunc
Superbus incedis malo ,
Sis pecore, & multa diues tellure licebit,
Tibique l Pactoles fluat:
Nec te Pytagorę fallant arcana renati :
Formaq. uincas Nirea :
Eheu translato alio m mærebis amores :
Aſt ego uiciſſim riſerǫ .

b Verbis a me conceptis iur. te &
& Al. laſciuis ederis ambitioſior P.
d Flexoſus, Se quacibus.
e Semper fore mos. amorē.
f Si quis uirile hēt Fl. Si quid uirilis animi ei ineſt.
g Parē ī amore, & æqualē, ut Cic. Quę in amore paria faciat.
h Locū obſcurum declarat Lamb.
i Apoſtrophe ad Riualē ſuū
k Cruēs Neæra me excluſo.
l Licet ſis opulentiſſ. ſapiēt. pulcherrim⁹.
m Alibi mærere fugam.

AD

AD POP. ROMANVM.

Deploratio Romæ ſuis viribus ruentis in bellis ciuilibus: & adhortatio ad relinquendam ob ea patriam.

Epod. XVI.

ALtera iam teritur bellis ciuilibus ætas
Suis, & ipſa Roma uiribus ruit.
Quam neq; finitimi valuerunt perdere Marſi,
Minacis, aut Etruſca Porſenæ manus,
Aemula nec virtus Capuæ, nec Spartacus acer,
Nouiſq; rebus infidelis Allobrox,
Nec fera cęrulea domuit Germania pube,
Parentibuſq; abominatus Annibal:
Impia a *perdemus* b *deuoti ſanguinis ætas:*
Feriſq; c *rurſus occupabitur ſolum.*
Barbarus heu cineres inſiſtet uictor, & urbem
Eques ſonante uerberabit ungula:
Quęq; carent ventis, & ſolibus, oſſa Quirini,
(Nefas d *videre) diſſipabit inſolens.*
Forte, quid e *expediat, cõiter, aut melior pars,*
Malis carere quæritis laboribus.
Nulla ſit hac potior ſententia: Phocæorum
Velut profugit execratas ciuitas:
Agros atque lares proprios, habitandaq; fana
Apris reliquit, & rapacibus lupis:
Ire pedes quocunq; ferent, quocunq; per undas
Notus uocabit, aut proteruus Africus.
Sic placet? an melius quis habet ſuadere? f *ſecũda*
Ra-

a Perdemus q̃ neq; finitimi, &c.
b De ſãg. Quorũ ſanguis cædi mutuæ depotos eſſe uidetur ad expiãdam maiorum ſcelera.
c Rurſus, ut occupatum erat antequã haberet ædificia.
d Al. Videri.
e Expediat facere qd facto ſit opus, ut carearis.
f Secũda aliter bonis auibus.

Ratem occupare quid moramur alite?
Sed iuremus in hæc: a ſimul imis ſaxa renarint
Vadis leuata, ne redire ſit nefas:
Neu b cõuerſa domũ pigeat dare lintea, quando
Padus Matina lauerit cacumina:
In mare ſeu celſus procurerit Appenninus:
Nouamq; monſtra iunxerit libidine
Mirus amor: iuuet ut tigres c ſubſidere ceruis,
Adulteretur, & columba miluio,
Credula nec flauos timeant armenta leones:
Ametq; ſalſa leuis hircus æquora.
Hæc, & quæ poterunt reditus abſcindere dulces,
Eamus omni execrata ciuitas:
Aut d pars ĩdocili melior grege mollis, & exſpes
Inominata perprimat cubilia.
Vos, quib. eſt uirtus, muliebrem tollite luctum,
Etruſca præter, & uolate littora.
Nos manet Oceanus e circumuagus; arua, beata
Petamus arua, f diuites, & inſulas:
Reddit ubi Cererem tellus inarata quotannis,
Et imputate floret uſque uinea:
Germinat, & nunquam f fallentis termes oliuę:
Suamq; g pulla h ficus ornat arborem:
Mella caua manant ex ilice: montibus altis
Leuis crepante lympha deſilit pede.
Illic iniuſſę ueniunt ad mulctra capellæ;
Refertq; i tenta grex K amicus ubera:
Nec l veſpertinus circum gemit urſus ouile,
Nec intumeſcit alta viperis humus,
Pluraq. felices mirabimur: vt neque largis

a Ne prius reuertamur, q̃ ſaxa è fundo maris in ſummã aq̃ emerſerint, & quã Padus fluuius ad montis.
b Marini cacumẽ pueuerit.
c Sic Lucr. Et pecudes, & æquè maribus ſubſidere poſſent.
d Qui uulgo ĩperito præſtamus.
e Quo terra omnis eſt circunfuſa. Ci.
f Quę fortunatę a Lati. dñr, Græcorũ exẽplo.
g Fall. ſpẽ, ut in epiſt. Spẽ mẽtita ſeges.
h Nigra, uel Nigricans, q̃ maturitatẽ indicat. Suã aũt naturalẽ, non inſitam.
i Diſtenta, ut ſupra.
k Charus.
l Noctu.

Aquo-

Aquoſus Eurus arua radat imbribus,
Pingua nec ſiccis urantur ſemina glebis;
Vtrunque rege temperante cælitum.
Nunc huc a *Argoo contendit remige pinus:*
Neque impudica b *Colchis intulit pedem:*
Non huc c *Sidonij torſerunt cornua nautæ,*
Laborioſæ d *nec cohors Vlyſſei.*
Nulla nocent pecori contagia, nullius aſtri
Gregem æſtuoſa torret impotentia.
Iupiter illa piæ ſecreuit littora genti,
Vt e *inquinauit ære tempus aureum:*
Aere, dehinc ferro durauit ſecula: quorum
Pijs ſecunda, uate me datur fuga.

a Argois remigibus.
b Medea.
c Cadmo duce Cor. Tac. An.li.2. Quum his autē, & pc. ſub Por. hac, Si .n. huc ueniſsēt, noluiſſent recedere.
d Sæuitia. ipotēs. Vel, Ferociā ipotēs, ut ferox & impotens a Cic. cōiunguntur.
e Ex quo inq. uel poſtquā.

AD CANIDIAM VENEFICAM,

Palinodia, ſeu deprecatio ironica, ſub qua latet alia eius accuſatio.

IAm iam efficaci f *domanus ſcientiæ*
Supplex, & oro regna per Proſerpinæ,
Per & Dianæ g *non mouenda numina,*
Per atque libros carminum ualentium
Refixa cœlo deuocare ſidera:
Canidia parce h *uocibus tandem ſacris,*
Citumq; retro ſolue i *turbinem.*
Mouit k *nepotem Telephus Nereium,*
In quem ſuperbus ordinarat agmina
Myſorum, & in quem tela acuta torſerat.
Vnxere matres Iliæ addictum feris

f Cedo inferior ſum.
g Nō irritāda h V. ſ. Carm. magicis. Vel, diris, & imprecationib. abſtine.
i Turb. Magicū rhombū q & Theſſalicus
k M. in Achilles inimicis ſuis inexorabilem ſe non præbuit.

Alitibus atq; canibus homicidiam Hectorem, a Priam. a Mercurio per media Greco rum caſtra de ductus.
Poſtquam relictis mœnibus a rex procidit
(Heu) b *pervicacis ad pedes Achillei.* b Pertinacis.
Setoſa duris exuere pellibus
Laboroſi remiges Vlyſſei
Volente Circe membra tunc mens, & ſonus
Relatus, c *atque notus in vultus honor.* c Al. Relapſus
Dedi ſatis ſuperque pœnarum tibi,
Amata nautis multum, & inſtitoribus.
Fugit iuventas, & verecundus color
Reliquit oſſa pelle amicta d *lurida:* d Sub uiridi, pallida.
Tuis e *capillus albus eſt odoribus.* e Canitiē mihi attulerunt tua unguenta veneficijs mixta.
Nullum à labore me reclinat otium:
Vrget diem nox, & dies noctem: neque eſt
Levare f *tenta ſpiritu præcordia.* f Reſpirando leuare nō poſſum præc. quæ ſpiritus ſunt diſtenta.
Ergo negatum g *vincer, ut credam miſer,* g Adigor ad credendū, qđ negauerā Canidia Sab. cautiones vim hēre ad perturband. animos &c. Al. uirens.
Sabella pectus increpare carmina,
Caputque Marſa diſſilire nenia.
Quid amplius vis? ò mare, & terra, ardeo,
Quantum neque atro delibutus Hercules
Neſſi cruore, nec Sicana feruida
Furens in Aetna flamma tu, donec cinis
Iniurioſis aridus uentis ferar.
Cales uenenis officina Colchicis,
Quę finis? aut h *quod me manet ſtipendium?* h Cuius pœnè uis me expectare.
Effare; iuſſas cum fide pœnas luam;
Paratus expiare, ſeu popoſceris
Centum iuvencos; ſiue mendaci lyra
Voles ſonari, tu pudica, tu proba
Perambulabis aſtra ſidus aureum

Infamis a *Helenæ Caſtor offenſus vice,*
Fraterq; magni Caſtoris, victi prece
Adempta vati reddidere lumina
Et tu (potes nam) ſolue me dementia,
O b *nec paternis obſoleta ſodibus,*
Nec in ſepulcris pauperum prudens anus
Nouendiales diſſipare pulueres.
Tibi hoſpitale pectus, & purę manus:
Tuuſq; venter c *partum eius: & tuo*
Cruore rubros obſtetrix pannos lauit.
Vt cunque fortis exilis puerpera.

CANIDIAE RESPONSIO
qua veniam Horatio denegat.

QVID *obſecratis auribus fundis preces?*
Non ſaxa nudit ſurdiora nauitis
Neptunus d *alto tundis hybernus ſalo.*
Inultus e *ut tu riſeris Cotyttia*
Vulgata, ſacrum liberi Cupidinis?
Et Eſquilini f *pontifex venefici*
Impunè vt vrbem nomine impleris meo?
Quid proderit ditaſſe Pelignas annus.
Velociuſve miſcuiſſe toxicum,
Si tardiora fata te votis manent?
Ingrata miſero vita ducenda eſt, g *in hoc,*
Nouis vt vſque h *ſuppetas doloribus*
Optat quietem Pelopis infidus pater,
Egens i *benignæ Tantalus ſemper dapis:*
Optat Prometheus obligatus aliti;

a Caſtor et Pollux quũ indignari Steſichoro qđ Helenã uerſibus ſuis infamaſſet uiſum ei ademiſſẽt, poſtea reddiderunt, ubi palinodiam cecinit.

b O nec p. Palinodia, ironica, qua affirmat quæ ſe negare dicit.

c Partui apt⁹, Qui partũ edere põt, & ſolet ut quidã exp. Sed. vet. ſchol. nomẽ ꝓpriũ putant: ut dicatur Part. filius eius eſſe nõ ſuppoſitu⁹

d Legi & Patumeius: itẽ Pactum eius.

e Mare hybernis tẽpeſt. concitatum.

f Ira ne ꝑmittã ut tu inult⁹ riſ. Cot. quę ſacra erant nocturna, flagitioſa à coryttone dea

g Pont. Cõſtitutus a me ar

Optat

Optat ſupremo collocare Siſyphus
In monte ſaxum; ſed uetant leges Iouis,
Voles a modo altis deſilire turribus,
Modo enſe pectus Norico recludere:
Fruſtraque uincla gutturis inne&tes tuo,
Faſtidioſa triſtis ægrimonia.
Vectabor b *humeris tunc ego inimicis eques,*
Meęq; terra cedet inſolentiæ.
An c *quę mouere ceras imagines,*
Vt ipſe noſti, curioſus, & polo
Diripere lunam vocibus poſſum meis:
Poſſum crematos excitare mortuos,
Deſidereq; temperare poculum:
Plorem artis in te nil habentis exitum?

biter, & cēſor veneficiorū. q̃
f Eſq. tracto.
h Ad hoc pro pter hoc.
i Suppedites copioſæ.
a Sic tu uoles &c.
b Tuis hume ris inſidebo.
c Q.d. An quę res adeo diffi ciles arte mea magica efficere poſsũ, nullā tādem uiā, qua te ulciſcar, inueniā? Vr.n. Plorem, ita dictum, ut Inultus, ut fle bo puer? Legi tur autē uariè vlt. verſus: de quo in Ann.

Q. HORATII FLACCI
CARMEN SECVLARE,

Pro Imperij Romani incolumitate.

PHębe, ſyluarumq; d *potens Diana,*
Lucidum cęli decus, ò colendi
Sēper, & culti, date quę precamur
Tempore e *ſacro:*
Quo Sibilini monuere verſus,
Virgines lęctas, pueroq; caſtos
Dijs, f *quibus ſeptem placuere colleſ,*

d Pot.i. domina.
e Die feſto, uel dieb. feſtis, ut Oda 12. l. 2. Sacro Dianæ celebris die.
f Dijs Romæ præſidibus, & cuſtod. ſeu tutelaribus.

Digitized by Google

Dicere carmen.

Alme Sol, curru nitido diem qui
Promis & cęlas, aliuſque & idem
Naſceris poſſis nihil urbe Roma
Viſere maius.

Rite maturos aperire partus
Lenis a *Ilithia, tuere matres:*
Siue tu Lucina probas vocari.
Seu genitalis.

Diua producas ſobolem: patrumque
Proſperes decreta ſuper iugandis
Fęminis, proliſque noua feraci
Lege marita:

Certus ut denos decies per annos
Orbis b *cantus refer atque ludos.*
Ter c *die claro, totieſque grata*
Nocte frequentes.

Voſque veraces ceciniſſe Parcæ,
Quod ſemel dictum eſt ſtabiliſque rerum
Terminus ſeruat, bona iam peractis
Iungite fata.

Fertilis frugum pecoriſque tellus
Spicea donet d *Cererem corona:*
Nutriant fœtus, & aquę ſalubres,
Et e *Iouis auræ.*

Condito mitis placiduſque telo
Supplices audi pueros Apollo:
Siderum regina bicornis audi
Luna puellas:

Roma ſi veſtrum eſt opus, f *Iliæque*

a Lenis in aperiendis par. Quæ leni manum fœtus in lucẽ profers. Alij intell. facilem, & propitiam.

b Al. Certus vnde nos d.p.a. Orbis ut cãtus &c. ut intell. ludos ſæculares cẽteſſimo decimo quoque anno fieri ſolitos fuiſſe.

c T.d. Tribus diebus totidẽque noctibus.

d Tib. Flaua Ceres tibi ſit noſtro d rure corona Spicea

e Cœlum ſalubre.

f Troianæ.

Littus Etruſcum tenuere turmę,
Iuſſa a pars mutare lares, & vrbem
Soſpite curſu:
Cui per ardentem b *ſine fraude Troiam*
Caſtus Aeneas c *patrię ſuperſtes*
Liberum muniuit iter, daturus
Plura relictis:
Dij probos mores docili iuuentę,
Dij ſenectuti placidę quietem,
Romulę d *genti date remq́ue prolemq́ue, & decus omne.*
Quiq́; uos bobus e *ueneratur albis*
Clarus f *Anchiſę Venerisq́; ſanguis,*
Imperet bellante g *prior, iacentem*
Lenis in hoſtem:
Iam mari terraq́; h *manus potentes*
Medus Albanasq́ue timet ſecures.
Iam Scythę i *reſponſa petunt, ſuperbi*
Nuper, & Indi.
Iam fides, & pax, & honor, pudorq́ue
Priſcus, & neglecta redire uirtus
Audet: apparetq́ue beata pleno
Copia cornu.
Augur, & fulgente decorus arcu
Phœbus acceptusq́ue nomen Camœnis,
Qui ſalutari leuat arte feſſos
Corporis artus:
Si Palatinas uidet k *ęquus* l *arces,*
Remq́ue Romanā, Latiumq́ue felix,
Alterum in luſtrum meliusq́ue ſemper

a Iuſſu Apollinis Aeneā ſequuta.
b Sine dāno ullo effugium dedit.
c P.ſ. Qui patris euerſa euaſit.
d Romanis.
e Precatur.
f Auguſtus. is enim a Iulio Cęſare, Iulius autē ab Iulio.
g P. Superior, Præſtantior.
h Vim Imp. Rom.
i Expectant quid ſibi imperetur.
k Propitius Placidus.
l Al. aras.

Proroget ęuum.
Quæque Auentinum tenet Algidumque,
Quindecim a *Diana preces uirorum*
Curet, & uotis puerorum amicas
Applicet aures.
Hęc Iouem ſentire deoſque cunctos,
Spem bonam certamque domum reporto,
Doctus b *& Phębi chorus, & Dianę*
Dicere laudes.

a Quia Quindecim uirum collegio ludorum ſecularium cura mandabatur, ut ſcr. Tac. li. 2.

b Ego chorus peritus canendi laudes Ph. & D. reporto d. ſpem. b.c.l. & de his aſſentirij, uota noſtra habere rata.

Digitized by Google

Q. HORATII FLACCI

SERMONVM SIVE SATYRARVM LIB. I.

SATYRA PRIMA.

Inuehitur primum in prauam hominũ cõſuetudinẽ, qua fit ut nunquã ſua ſorte ſint contenti, nec in ſuo uitæ inſtitutio ſibi placeãt, ſed alienũ ſuo anteferant, & ſuæ conditionis ſemper eos peniteat Deinde auaritiã, capta ex hoc ſermone occaſione, inſectatur.

QVi fit, Męcenas, ut nemo, quam ſibi ſortem (illa
Seu ratio dederit, ſeu fors obiecerit,
Contẽtus uiuat? laudet a *diuerſa ſe-*
O fortunati mercatores, grauis annis (quentes
Miles ait, multo iam fractus membra labore,
Contra mercator, nauim iactantibus auſtris,
Militia eſt potior, b *quid enim? cõcurritur: horę*
Momento aut citę mors uenit, aut uictoria læta.
Agricolam laudat iuris legumq́ue peritus,
Sub c *galli cantum conſultor ubi oſtia pulſat.*
Ille d *datis uadibus q rure extractus in urbẽ eſt,*
Solos felices uiuentes clamat in urbe.
Cętera e *de genere hoc (adeo ſunt multa) loquace*
Delaſſare ualent Fabium. ne te morer, audi
Quò rem deducam. ſi quis deus, En ego dicat,

a Diuerſa ſtudia ſeq. Quib. eſt aliud uitæ inſtitutum.

b Cur. n. nõ ſit potior? Quid .n. cõtradicat q hoc neget.

c Ante.

d Agric. qui cũ uadimonio pro. ſe iudicio ſtatutum.

e Lucr. homiſtichium.

Digitized by Google

Iam faciã, quod uultis. eris, tu qui modo miles,
Mercator; tu, a cõſultus modò, ruſticus. hinc uos,
Vos hinc mutatis diſcedite partibus eia ,
Quid ſtatis? nolint. atqui licet eſſe beatis.
Quid cauſæ, eſt, merito quin illis Iupiter ambas
Iratus buccas inflet? neque ſe fore poſthac
Tam facilem dicat, uotis ut præbeat aurem?
Præterea; b ne ſic, ut qui iocularia, ridens
Percurram quanquam ridentem dicere uerum
Quid uetat? ut pueris olim dant c cruſtula blãdi
Doctores, elementa uelint ut diſcedere prima.
Sed tamen amoto quæramus ſeria ludo.
Ille grauem duro terram, qui uertit aratro.
Perfidus hic caupo, miles, nautæq; per omne
Audaces mare, qui currunt: hac mente laborem
Se ſe ferre, ſenes ut in otia tuta recedant,
Aiunt, d quum ſibi ſint congeſta cibaria: ſicut
Paruula (nã exẽplo eſt) magni formica laboris
Ore trahit quocunque poteſt, atq; addit aceruo,
Quem ſtruit, haud ignara ac non incauta futuri.
Quæ, e ſimul inuerſũ cõtriſtat f Aquarius annũ,
Non uſquam prorepit: & illis utitur antè
Quæſitis, ſapiens, quum te neque feruidus æſtus
Dimoueat lucro, neq; hyems, ignis, mare, ferrũ,
Nil obſtet tibi dum ne ſit te ditior alter:
Quid iuuat immenſũ te argenti pondus, & auri
Furtim defoſſa timidum deponere terra?
Quòd g ſi comminuas, uilem redigatur ad aſſẽ.
At ni id fit, q̃d bẽt pulchri conſtructus aceruus
Millia frumenti tua triuerit area centum,

Non

a Iuriſconſultus.

b Ne hæc ita percurram, ut qui ioc. pcurrit. Relinquit aũt oratio ſuſpenſa, per hyperb.

c Placẽtas aut earum fruſta.

d Reb. omnibus ad uictũ cultumq; neceſſarijs comparatis.

e Simulatque aduenit hyẽs. ſol ingredit. menſe Ian.

f Aquarium.

g At ſi minuas in ſumẽdo paulatim. Verba ſunt auari: cui Hor. At. ni. &c.

Non tuus a hoc capiet uenter plus q̃ meus: ut ſi
Reticulum b *panis uenales inter onuſto*
Forte uehas humero, nihilo plus accipias quam
Qui nil portarit. uel dic, quid referat c *intra*
Naturæ fines uiuenti, iugera centum an
Mille aret. at ſuaue eſt ex magno tollere acerbo,
Dum ex paruo nobis tãtundẽ haurire relinquas
Cur tua plus laudes cumeris granaria noſtris?
Vt tibi ſi ſit opus d *liquidi non amplius urna.*
Vel cyatho: & dicas, Magno de flumine mallẽ
Quàm ex hoc fonticulo tãtundem ſumere. eo fit,
Plenior e *ut ſi quos delectet copia iuſto,*
Cum ripa ſimul auulſos ferat Aufidus acer.
At qui tantulo eget quanto eſt opus, is neq; limo
Turbatã haurit aqua, neq; uitã amittit in undis
At bona pars hominũ, decepta f *cupidine falſo,*
Nil ſatis eſt, inqt: quia tanti, quãtũ habeas, ſis.
Quid facias illi? g *iubeas miſerum eſſe libenter,*
Quatenus id facit. ut quidã memoratur Athenis
Sordidus, ac dies, populi contemnere uoces
Sic ſolitus, Populus me ſibilat, at mihi plaudo
Ipſe domi, ſimul ac nummos cõtemplor in arca.
Tantalus à labris ſitiens fugientia captat
Flumina, quid rides? mutato nomine de te
Fabula narratur. congeſtis undiq; ſaccis
Indormis h *inhians: &* i *tãquam parcere ſacris*
Cogeris aut pictis tanquam gaudere tabellis.
Neſcis k *quò ualeat nũmus? quẽ p̃beat uſum?*
Pannis ematur, olus, uini ſextarius: adde,
Queis humana ſibi doleat natura negatis.

a Hoc, propter hoc, Ideo Alij Hoc, ἐνταῦθα κῶς. Q d. Ne hoc quidẽ pilo plus, &c.

b Ret. Sacculi genus. Ve. ſeruos.

c Cõmento ijs q̃ naturæ neceſſitas poſcit.

d Aquæ. τοῦ ὑγροῦ.

e Alleg. ut q mediocritate non contenti ſunt ijs immẽſarum opũ cupido ſit exitio

f Cupiditate praua.

g Aequo animo ferre miſeriam ſuam.

h Sẽp cupid.

i Parc. te ſacr.

k quo ual. Ad quem uſum. Al. quid.

An uigilare metu exanimen, nocteq; dieſq;
Formidare malos fures, incendia, ſeruos,
Ne te a *compilent fugientes: hoc iuuat?* b *horũ*
Semper ego optarim pauperrimus eſſe bonorum.
At ſi condoluit c *tentatum frigore corpus,*
Aut alius caſus lecto te d *afflixit: habes qui*
Aſſideat? fomenta paret? medicum roget ut te
Suſciet, e *ac reddat natis cariſq; propinquis?*
Non uxor ſaluum te uult, non filius: omnes
Vicini oderunt, noti, pueri, atque puellæ.
Miraris, quum tu argento f *poſt omnia ponas,*
Si nemo præſtet quem non merearis amorem?
At ſi cognatos, nullo natura labore.
Quos tibi dat, retinere uelis ſeruareq; amicos,
Infelix operam perdas; ut ſi quis aſellum
In campos doceat parentem currere frenis.
Denique ſit finis quærendi: quoq; habeas plus,
Pauperiem metuas minus: et finire laborem
Incipias, g *parto quod auebas, nec facias quod*
Vmidius quidam non longa eſt fabula, h *diues,*
Vt metiretur nummos, ita ſordibus, ut ſe
Non unquam ſeruo melius ueſtiret, ad uſque
Supremum i *tempus, ne ſe penuria uictus*
Opprimeret, metuebat. at hunc k *liberta ſecuri*
Diuiſit medium, l *fortiſſima Tyndaridarum.*
Quid m *mi igitur ſuades, ut uiuã* n *Mænius? aut*
Vt Nomentanus? o *pergis pugnantia ſecum (ſic*
Frontibus aduerſis componere. non ego, auarum
Quũ ueto te fieri, p *uappam iubeo ac nebulonẽ.*
Eſt inter q *Tanaim quiddã ſocerumq; Viſelli.*

a Quæ ſunt neceſſariæ.
b Ne tua furẽtur.
c Talium, quę tãtus metus ſequatur.
d Al. Affixit.
e Al. tentari morbo.
f Samum faciat.
g Poſtponas omnia.
h Partis opib. quas cupiebas
i Ita diues, ut met.n. nõ numeraret. Ita, ἀπὸ τοῦ κοινοῦ.
k Extremum.
l Vel uxor, uel concubina.
m Q.d. Ipſa & Clytemn. fortior.
n verba auari. Men. & Nom. luxurioſa.
o Verba Horatij.
p Nequam.
q libertũ Męc.

Eſt

Eſt a modus in rebus, ſunt certi denique fines,
Quos ultra citraq; nequid conſiſtere rectum.
Illuc, unde abij, redeo, nemon ut auarus
Se probet, ac potius laudet diuerſa ſequentes?
Quodq; aliena capella gerat diſtentius uber,
Tabeſcat? neque ſe maiori pauperiorum
Turbæ cõparet? hũc atq. hunc ſuperare laboret?
Sic feſtinanti ſemper locupletior obſtat.
Vt quum carceribus miſſos rapit ungula currus,
Inflat equis auriga ſuos uincentibus, illum
Præteritum b *temnens extremos inter euntem,*
Inde fit ut rarò, qui ſe uixiſſe beatum.
Dicat, [illegible]*acto contentus tempore uitæ*
Cedat, uti conuiua ſatur, reperire queamus.
Iam ſatis eſt, ne me c *Criſpini ſcrinia Lippi*
Compilaſſe putes, uerbum non amplius addam.

a Mediocritas μέτρον.

b Contẽnent illum quẽ pte rijs, ut auarus minus diuites cont. ditiores aſſeq ſtudet.

c Philoſophi Stoici de quo Alibi. Sat. 3. & 4.

SATYRA II.

Exemplis dictum illud confirmat, Dum uitant ſtulti uitia, in contraria currunt. Inſanas quorundam circa adulteria libidines inſectatur.

Ambubaiarum d *collegia, pharmacopolæ,*
Mẽdici, mimę, balatrones. hoc genus oẽ
Mæſtum ac ſolicitũ eſt cantoris morte Tigelli.
Quippe benignus erat. cõtrà hic, ne prodigus eſſe e
Dicatur, metuens, inopi dare nolit amico,
Frigus quo duramq. famem depellere poſſit.
Hunc ſi perconteris, aut cur atque parentis
Præclarã ingrata f *ſtringat malus ingluuie rẽ,*
Omnia g *conductis coemens obſonia nummis,*

d Vagarum & impud. mulierum. Alij tibicinas uel tibicines intell.

e Alius, qui eſt auarus.

f Velut in faſcem, aut cumulum compreſſam profundat.

g Fęnori acceptis.

Sordidus

Sordidus atque animi quod parui nolit haberi,
Reſpondet laudatur ab his,culpatur ab illis .
Fuſidius a *uappæ famam timet ac nebulonis ,*
Diues agris,diues poſitis in fænore nummis.
Quinas b *hic* c *capiti mercedes exſecat , atque*
Quanto perditior quiſque eſt,tanto acriùs urget,
Nomina d *ſectatur,modò ſumpta ueſte uirili,*
Sub patribus duris,tironum;maximè,quis non
Iupiter,exclamat,ſimulatq; audiuit? e *at in ſe*
Pro quæſtu ſumptũ facit.hic , uix credere poſſis
Quàm ſibi nõ ſit amicus,ita ut pater ille, Terẽti
Fabula quem miſerum nato uixiſſe fugato
Inducit,non ſe peius cruciauerit atque hic.
Siquis nunc quærat quò res hæc pertinet.illuc ,
Dum uitant ſtulti uitia,in contraria currunt
Malthinus tunicis demiſſis ambulat, eſt qui
Inguen ad obſcænum ſubductis uſque f *facetus,*
Paſtillos Rufillus olet,Gorgonius g *hircum.*
Nil medium eſt ſunt q̃ nolint tetigiſſe niſi illas
Quarum ſubſuta talos tegat inſtita ueſte.
Contrà alius,nullam niſi olẽti in fornice ſtantẽ.
Quidem notus homo quũ exiret fornice , Macte
*Virtute,eſto,*h *inquit ſententia pia Catonis.*
Nam ſimulac uenas inflauit tetra libido ,
Huc iuuenes æquum eſt deſcendere,non alienas
Permolere i *uxores.Nolim laudarier,inquit*
Sic me,mirator cunni Cupiennius albi.
*Audire eſt operæ pretium,*k *procedere rectè*
Qui mœchis non vultis ut omni parte laborent ,
Vtq; illis multo corrupta dolore uoluptas,

a Sic uappã ac neb. ſat. præc.
b Quinas centeſ. de ſorte deducit. ca. ut Gr. τῶ κεφαλαίῳ.
c Capiti ſorti.
d N. ſect. Dat operam ut habeat in noĩb. tirones, illisq; fœnerans.
e At (dices) ꝑ magnitudine q̃ſtus in ſuum uictum, & cultum ſumptus facit.
f Ridiculus.
g Al. Grauis, hirſutis, cubet hircus ſub alis.
h Inquit illi Cato Periphi.
i Adulterare.
k Qui gaudetis mœchis ſuã nequitiam infeliciter cedere.

Atque

Atque hęc rara, cadat dura inter ſæpe pericla.
Hic ſe pręcipitem tecto dedit: ille flagellis
Ad mortem cęſus: fugiens hic decidit acrem
Prędonũ in turbã: dedit hic pro corpore nũmos;
Hunc perminerunt calones. quinetiam illud
Accidit, ut cuidam teſtes a *caudamq; ſalacem*
Demeret b *ferrũ.* c *iure omnes; Galba negabat.*
Tutior at quanto merx eſt in claſſe ſecunda?
Libertinarum dico: Salluſtius in quas
Non minus inſanit, quã qui męchatur at hic ſi
Qua res, quà ratio ſuaderet, quaq; modeſtè
Munificum eſſe licet, uellet bonus atq; benignus
Eſſe: d *daret quantum ſatis eſſet, nec ſibi damno*
Dedecoriq; foret. uerũ e *hoc ſe amplectitur uno,*
Hoc amat, hoc laudat, Matronã nullã ego tango.
Vt quondam Marſæus amator f *Originis, ille*
Qui patrium mimę donat fundumq; laremq;.
Nil fuerit mi (inquit eũ) cũ uxorib. unq̃ alienis.
Verum eſt cũ mimis, eſt cum meretricibus: unde
Fama malũ grauius, q̃ res, trahit. an tibi abundè
Perſonam h *ſatis eſt, non illud quicquid ubique*
Officit, euitare? bonam deperdere famam,
Rem patris i *oblimare, malum eſt ubicũq. quid*
Intereſt in matrona, ancilla, pecceſve togata?
Villius in Fauſta, Syllæ gener (hoc miſer uno
Nomine deceptus) pęnas dedit uſque, ſuperq;
Quam ſatis eſt pugnis cęſus, ferroq; petitus,
Excluſus k *fore, quum Longarenus foret intus.*
Huic ſi l *mutonis uerbis mala tanta uidentis*
Diceret hęc aĩus. Quid uis tibi? nunquid ego à te
Magno

a Penem amputaret.
b Iure omnes factum dicebant.
c Inſanos ſumptus facit.
d Non plus daret quam ſatis eſſet.
e Hoc uno ſibi placet.
f Meretricis.
g Damnũ gr. accipit fama, quã res famil. quam facultates.
h Perſ. matronæ euitare, & interim eãdẽ famę, & rei famil. iacturam in alijs mul. facere.
i Paulatim cõſumere.
k Foribus.
l Penis.

a Nobilē matronam.
b Cum tetigi ne rumper.

Magno a prognatum depoſco conſule cunnum,
Velatumq́; ſtala, b mea quum conferbuit ira?
Quid reſponderet? Magno patre nata puella eſt,
At quanto meliora monet, pugnantiaq́; iſtis,
Diues opis naturę ſuæ, ſi tu modo recte
Diſpenſare velis, ac non fugienda petendis
Immiſcere. tuo uitio, rerumne, labores,
Nil referre putas? quare, ne pœniteat te,
Deſines matronas ſectarier, vnde laboris
Plus haurire mali eſt, q̃ ex re decerpere fructus.

c Vniones ſmaragdos.

Nec magis huic inter c niueos uiridiſq́. lapillos,
(Sic licet hoc Cherīte tuū) tenerū eſt femur, aut crus
Rectius, atq; etiam melius perſæpe togatæ
Adde huc, ꝙ mercem ſine fucis geſtat, apertè

d Pulchri, Specioſi.

Quod uenale habet oſtēdit, nec, ſiqd d honeſti eſt,
Iactat, habetq́; palam, quærit quo turpia celet.
Regibus hic mos eſt, ubi equos mercātur, opertos
Inſpiciunt, ne, ſi facies (vt ſæpe decora)
Molli fulta pede eſt, emptorē inducat e biantē,

e Cupiditate illius accenſū, Emere illū ꝑ cupientem.
f Recte faciūt
g Depreſſis naribus.

Quod pulchræ clunes, breue ꝙ caput, ardua ceruix.
Hoc illi f rectè. ne corporis optima Lynceis
Contemplere oculis, Hypſoa cæcior, illa
Quæ mala ſunt ſpectes ò crus, ò brachia, uerum
Depygis, g naſuata, breui latere, ac pede lōgo ē.
Matronæ, preter faciem, nil cernere poſſis,
Cętera, ni Catia eſt, demiſſa ueſte tegentis.
Si interdicta petes, uallo circundata (nam te
Hoc facit inſanum) multæ tibi tum officient res,
Cuſtodes, lectica, cinflones, paraſitæ,
Ad talos ſtola demiſſa, & circundata palla,

Pluri-

Plurima,quę inuideăt purè apparere tibi rem.
Altera a nil obſtat Cois tibi pene videre eſt
Vt nudam,ne crure malo,ne ſit pede turpi:
Metiri poſſis oculo latus an tibi mauis.
Inſidias fieri,pretiumq; auellier,antè
Quam mercē oſtendi? b *leporem uenator ut alta*
In niue ſectatur, c *poſitum ſic tangere nolit.*
Cătat, d *et apponit. meꝰ eſt amor huic ſimilis,nă*
Tranſuolat in medio poſita,& fugientia captat.
Hiſcene verſiculis ſperas tibi poſſe doloret,
Atque æſtus,curaſq; graues pectore pelli?
Nõne cupidinibus ſtatuit natura modum? quem
Quid latura ſibi; quid ſunt dolitura negatum,
Quęrere plus ꝓdeſt et e *inane abſcindere* f *ſoldo?*
Num, tibi quum fauces vrit ſitis,aurea quæris
Pocula? num eſuriens g *faſtidis omnia pręter, (ſi*
Pauonē,rhõbumq;? tumēt tibi quũ inguina,nũ,
Ancilla aut uerna eſt ꝓſto pueri,impetus in quē
Continuò fiat,malis tentigine rumpi?
Non ego,nanq; h *parabilē amo Venerē, facilē-*
Illam,poſt paulo,ſed pluris,ſi exierit uir. (que.
Gallis hăc,Philodemus ait,ſibi,quę neq. magno
Stet pretio,neq. cũctetur, quum eſt iuſſa,uenire.
Cădida rectaq́ ſit,munda hactenus,ut neq.lõga
Nec magis alba uelit,quam det natura,uideri.
Hæc ubi ſuppoſuit dextro corpus mihi læuum,
Ilia,& Egeria eſt,do nomen quodlibet illi.
Nec uereor ne,dum futuo,uir rure recurrat.
Ianua frangatur,latret canis,undique magno
Pulſa domus ſtrepitu reſonet,uel pallida lecto
Deſiliat

a Vel, Nil obſta Cois tibi.
b Catullus, quas fęmina contexit.
c Verba ſunt amatoris Matronarum.
d Quidă rep. Captat, reſpõdet Hor.
e Inutilia, & uana ab utili & neceſſarij diſcernere.
f Solido.
g Faſtidiosè aſpernaris.
h Quæ facile parari ponit.
i Crepidarum altitudine.

Deſiliat mulier: miſeram ſe a concia clamet;
a Ancilla. *Et viribus hęc metuat, doti deprẽſa, egomet mi.*
Diſcincta tunica fugiendum eſt, ac pede nudo:
Ne nummi pereant, aut pyga, aut deniq; fama.
Deprendi miſerum eſt: Fabio uel iudice uincam.

SATYRA III.

Eos primum reprehendit, qui quum ad ſua ipſorũ vitia conniueant, in alienis videndis acumine oculorum ualent. Deinde amatorum, & patrum exemplo leuiora vitia in amicitia diſſimulanda eſſe docet. Poſtremo ad reprehenſionem Stoici paradoxi delabitur, quo paria eſſe peccata dicunt.

OMnibus hoc uitiũ eſt cãtorib. inter amicos
Vt nũquã inducãt animũ cãtare, rogati:
Iniuſſi nunquam deſiſtant. Sardus habebat
Ille Tigellius hoc. b *Cæſar, qui cogere poſſet,*
Si peteret per amicitiam patris atq; ſuam, non
Quicquam proficeret. ſi collibuiſſet, c *ab ouo*
Vſq. ad mala d *citaret, Io Bacche, modò ſumma*
Voce, modo hac reſonat chordis q̃ quatuor ima.
Nil ęquale homini fuit illi. e *ſępe velut qui*
Currebat fugiens hoſtem: perſępe uelut qui
Iunonis f *ſacra ferret. habebat ſępe ducentos,*
Sępe decem ſeruos: modò reges atq. tetrarchas,
Oĩa magna loquẽs: modò, ſit mihi mẽſa tripes, &
Concha g *ſalis puri, & toga, q̃ defendere frigus,*
Quamuis craſſa, queat. Decies centeno dediſſes
Huic parco paucis contento, quinque diebus
Nil erat in loculis. noctes uigilabat ad ipſum
Mane, diem totum ſtertebat. nil fuit unquam
Mane ĩpar ſibi. nũc aliquis dicat, mihi Quid tu?

b Cæſ. quum eſſetis, qui cogendi poteſt haberet.
c Ab initio cęnæuſq; ad ſecundã menſam.
d Clara uoce inuocaret Bacchum.
e Qui ſæpe cur. uelut fug.
f Iun. ſ. quæ qui ferebant tardiſſime incedebant.
g Ex concha ſalinum.
h Vt ſ. Nil æquale. r. fuit illi.

Nullane

Nullane hēs uitia? imò alia, haud fortaſſe mino-
Meni⁹ abſētē Noniū quū carperet, Heus, tu, (ra.
(Quidā ait) ignoras te? an vt ignotū dare nobis
Verba putas? Egomet mi ignoſco, Menius inqt.
Stultus et improbus hic amor eſt dignuſq; notari
Quum tua peruideas oculis mala lippus iūctis,
Cur in amicorum uitijs tam cernis acutum,
Quā aut aquila, aut a ſerpens Epidaurius? at tibi
Euenit, inquirāt uitia ut tua rurſus, et illi. (cōtrà
Iracundior eſt paulo, minus b *acutis*
Maribus c *horum hominū, rideri poſſit, eo quòd*
Ruſticus d *tonſo toga defluit, & male laxus*
In pede calceus hæret. at eſt bonus, ut melior uir
Nō alius quiſquā at tibi amicus, at ingeniū īgēs
Inculto latet hoc ſub corpore: denique teipſum
Concute, e *num qua tibi uitiorum inſeuerit olim*
Natura, aut etiam f *conſuetudo mala. namq;*
Neglectis g *urenda filix innaſcitur agris*
Illuc h *præuertamur, amatorem quòd amicæ*
Tu pia decipiunt cæcum uitia, aut etiā ipſa hæc
Delectant, ueluti Balbinum i *polypus Agnæ.*
Vellem in amicitia ſic erraremus, & iſti
Errori nomen uirtus poſuiſſet honeſtum.
At, pater ut gnati ſit nos debemus amici,
Si quod ſit uitium, non faſtidire. k *Strabonem*
Appellat l *pætū pater, & pullum, malè paruus*
Sicut filios eſt, ut abortiuus fuit olim
Siſyphus hunc, uarum, diſtortis cruribus, illum
Balbutit ſcaurum, prauis fultum malè talis.
Parcius hic uiuit, frugi dicatur, ineptus

a Serp. Epid. ꝑ quolibet.
b Sagaciter odorantib.
c Huius ętatis Ep j l. j. Si curtat⁹ inæq. tōſ. capillos. Ibidē ſit toga diſſidet impar.
e Examina.
f Cum impro bis hominib.
g Alleg. de uitijs, quę innaſcutur animis q. doctrina, & præceptis nō excoluntur.
h Præuer. Prius ſermonē eò conuertamus.
i Natium morbus.
k Oculis peruerſis.
l Semicluſis oculis.

Et iactantior hic paulo eſt: a *concinus amicis*
Poſtulat ut uideatur. at eſt truculentior, atque
Plus æquo liber: b *ſimplex fortiſque habeatur.*
Caldior c *eſt, acres inter numeretur. opinor,*
Hęc res & iungit, iunctos & ſeruat amicos.
At nos uirtutes ipſas inuertimus, atque
Sincerũ d *cupimus uas incruſtare. probus quis*
Nobiſcum uiuit? multum eſt dimiſſus homo. illi
Tardo, cognomẽ pingui damus. hic fugit omnes
Inſidias, nulliq. malo latus obdit apertum ?
(Quum genus hoc inter uitę uerſetur ubi acris
Inuidia atq. uigent ab e *crimina) pro bene ſano*
Ac non incauto, fictum aſtutumq. uocamus.
Simplicis f *ſiquis (qualem me ſæue libenter*
Obtulerim tibi Męcenas) ut forte legentem
Aut tacitũ g *impellat quouis ſermone moleſtus,*
Communi ſenſu planè caret, inquimus. eheu
Quam h *temere in noſmet legẽ ſancimus iniquã.*
Nam uitijs nemo ſine naſcitur: optimus ille eſt
Qui minimis urgetur amicus dulcis, ut ęquũ eſt,
Cum mea i *cõpenſet uitijs bona: pluribus hiſce,*
(Si modò plura mihi bona ſũt) k *inclinet: amari*
Si uolet. hac lege, in trutina ponetur eadem.
Qui l *ne tuberibus proprijs offendat amicum,*
Poſtulat ignoſcat uerrucis illius æquum eſt.
Peccatis ueniam poſcentem, reddere rurſus.
Deniq. m *quatinus excidit penitus uitium iræ,*
Cętera item nequeunt ſtultis hærentia: cur non
Ponderibus moduliſq. ſuis ratio utitur? ac res
Vt quęque eſt, ita ſupplicijs delicta coercet?

a Eorũ quib. cum uiuit ingenio ac moribus accem.
b Oĩa q̃ ſentit loquens, & ac.
c ĩgenio ſeruidiore p̃ditus.
d Quę ſincera & pura sũt ſua ſte natura, impuro tectorio deformamus.
e criationes.
f apertior, liberior, ut infra.
g Quidam l. Appellet.
h Seuere, & aſpere.
i Comp. mea bona cũ uitijs.
Aridum, & ore ferens acinum ſemeſaq́; lardi

a Quaſi ab ea abſtineret, ꝙ metueret ne ei quoq; anima parentis, aut propinq, ſeu cognati, ineſſet.

b Quidā exp. Nocturnæ cænæ, & deū intell. quales ſunt deū, quæ carent omni ſollicitudine.

b A me deguſtatis. Vel, E quibus particulam dijs Penatibus libaui.

c Pr. cuiq; qſq; ebibit cal. quales uult, ēt ſi ſint alijs inæquales.

d Vtilitas, an honeſtas.

e Quæ ad rē faciunt.

f Sic tamē ut hoſpites animo ſoluto, & alacrem acciperet.

Fru-

Fruſtra dedit,cupiens uaria faſtidia cœna
Vincere tangentis a malè ſingula dente ſuperbo
Quum pater ipſe domus palea porrectus ĩ horna
Eſſet b ador,loliumq́;,dapis meliora relinquẽs.
Tãdẽ urban' ad hũc,Quid te iuuat(inqt)amice.
Prærupti nemoris patientem uiuere dorſo?
Vis c tu homines urbẽq́; feris præponere ſyluis?
Carpe uiam(mihi crede)comes,terreſtria quãdo
Mortales animas uiuunt ſortita,neq; ulla eſt
Aut magno aut paruo lethi fuga. d quo bone
Dum licet,in rebus iucundis uiue beatus.(circa.
Viue memor quam ſi æui breuis. Hæc ubi dicta
Agreſtem pepulere,domo leuis exilit,inde
Ambo propoſitum peragunt iter, urbis auentes
Mœnia nocturni ſubrepere. iamq́; tenebat
Nox medium cœli ſpatiũ, quum ponit uterque
In locuplete domo ueſtigia.rubro ubi cocco
Tincta ſuper lectos canderet veſtis eburnos,
Multaq́; de magna ſupereſſent fercula cœna.
Quæ procul extructis inerãt heſterna caniſtris.
Ergo ubi purpurea porrectum in ueſte locauit
Agreſtem ueluti ſuccinctus curſitat hoſpes,
Continuatq́; dapes,nec non e uernaliter ipſis
Fungitur officijs,prælambens omne quod affert,
Ille cubans gaudet mutata ſorte, f boniſq́;
Rebus agit lætum cõuiuam,quum ſubitò ingẽs
Valuarum ſtrepitus lectis excuſſit utrunque
Currere per totum pauidi conclaue, magiſq́;
Exanimes trepidare,ſimul domus alta moloſſis
Perſonuit canibus,tum ruſticus, Haud hi uita
Eſt

a Non hilariter, ſed cũ faſtidio. Vel. Nõ auidè, ſed remiſsè, & languidè.
b Ederet.
c Al. Vim.tu. Quod quidã exp. Verũ ne eſt te uelle præ &c.
d Tmeſis,pro Quo circa bone.

e Vernarũ ſedulitate utẽs. Al. Vernaliter.
f inter lautas epulas prębet ſe lætum conuiuam omnia facit, quæ letitiæ conuiuali conueniunt. Quidem verò exp. Prębet ſpeciẽ læti cõuiuæ.

Eſt opus hac(ait)& ualeat,me ſylua cauúſq;
Tutus ab inſidijs tenui ſylabitur eruo.

SATYRA VII.

Inducit ſeruum liberè (pro ea nimirum libertate, quæ Saturnalium tempore concedebatur ſeruis) uitia heri ſui reprehendentem, atque oſtẽdentem talẽ eius eſſe uitam ut ſuam illi merito anteponere poſſit.

IAmdudũ auſculto,et cupiẽs tibi dicere ſeruus
Pauca,reformido. Dauuſne? ita, Dau⁹,amicũ
Mãcipiũ domino,et a *frugi,quod ſit ſatis,hoc ẽ,*
Vt uitale putes. Age, libertate Decembri,
(Quando ita maiores uoluerunt)utere,narra.
Pars hominum uitijs gaudet cõſtanter,et urget
Propoſitũ,pars multa b*natat,modò recta capeſ-*
Interdum prauis obnoxia ſæpe notatus (ſens
Cum tribus annellis,modo læua Priſcus inani,
Vixit c *inęqualis,*d *clauũ ut mutaret in horas,*
Aedibus ex magnis ſubitò ſe e *conderet, unde*
Mundior exiret uix libertinus honeſtè.
Iam mœchus Romę,iam mallet doctus Athenis
*Viuere,*f *Vertũnis,quotquot ſunt, natus iniqs.*
Scurra Volanerius,poſtquam illi iuſta chiragra
Contudit articulos,qui pro ſe tolleret atque
Mitteret in g *phimum talos,mercede diurna*
Conductum pauit. quanto conſtantior idem
In uitijs,tanto leuius miſer ac prior ille
Qui iam contento,iam laxo fune laborat.
Nõ dices hodie,quorſum hęc tã h *putida tẽdãt,*
Furcifer? Ad te,ĩq. Quo pacto,peſſimè? i *Laudas*
Fortunam & mores antiquę plebis,& idem,

a Vel. & frugi quod fit. ſ. &c. Hoc eſt, q̃d ſatis eſſe poſſit ad perſuadendum tibi me uita dignum eſſe.

b N. de incõſtantia dictũ, ut fluctuare.

c Inęq. Eundẽ uitę tenorem non ſeruãs. Sibi non cõſtãs.

d Ita ut mut. cl anguſtũ lato, aut uiciſſim.

e Cond. ſe in locum uñ &c.

f Variè mutãs uitæ gen⁹, ſeu ſtatum, & in nullo felix.

g Al. Phymũ.

h Auribus iniucunda, odioſa.

i Sic Naſo. Laudamus ueteres, ſed noſtris utimur annis.

Si quis ad illa deus ſubitò te agat, uſq; recuſes,
Aut quia non ſentis, quod clamas, rectius eſſe,
Aut quia non firmus rectum defendis: & hæres,
Ne quicquam cœno cupiens euellere plantam.
Romę rus optas, abſentem a ruſticus vrbem
Tollis ad aſtra leuis. ſi nuſquam es forte uocatus
Ad cœnam, laudas ſecurũ olus: ac, uelut uſquã
Vinctus eas, ita te felicem dicis, amaſque,
Quòd nuſquam tibi ſit potandum iußerit ad ſe
Mæcenas ſerum ſub lumina prima venire
Conuiuam. Nemo b *oleum feret ocyus? ecquis*
Audit? cum magno blateras clamore, furiſq;.
Miluius & ſcurræ tibi non referenda precati
Diſcedunt. etenim fateor, me dixerit ille
Duci ventre leuem: naſum nidore c *ſupino:*
Imbecillus, iners ſiquid uis, adde popino,
Tu quum ſis quod ego et fortaſſis nequior, vltro
Inſectere, uelut melior? uerbiſq; decoris
Obuolas uitium? quid ſi me ſtultior ipſo
Quingentis empto drachmis deprenderis? aufer
Me vultu terrere d *manum ſtomachũq; teneto,*
Dum quæ Criſpine docuit me ianitor edo.
Te coniux aliena capit, meretricula Dauum.
Peccat uter noſtrum cruce dignus? acris ubi me
Natura incendit ſub clara nuda lucerna
Quęcunque excepit turgentis uerbera caudę,
Clunibus agitauit equum laſciue ſupinum:
Dimittit neque famoſum, neque ſolicitum ne
Ditior aut formę melioris metat eodem.
Tu, quum proiectos inſignibus annula equeſtri,

a Ruſticans quum ruri agis.

b Poſcis oleũ, quo unctus ꝓperes ad Mæcenam. Alij de lucerna intell.

c Geſtum hominis narib. attrahentis odorem exprimit.

d Ne me pulſes, neque mihi ſtomacheris.

Romanoq́. habitu, prodis, ex iudice, Dama,
Turpis, a odoratum caput obſcurante lacerna,
Non es quod ſimulas? metuens b induceris, atq.
Altercante c libidinib. tremis oſſa pauore.
Quid refert, uiri uirgis, ferroq́. necari?
Auctoratus eas, an turpi clauſus in arca,
Quò te demiſit peccati conſcia herilis,
Contractum, genibus tangas caput? eſtne marito
Matronę peccantis in ambos iuſta poteſtas?
In d corruptorem uel iuſtior? illa tamen ſe
Non habitu mutat ve loco, peccat ve ſupernè,
Quum te formidet mulier, neque credat amanti.
Ibis ſub furcam prudens; e dominoq́. furenti
Cõmittes rẽ oẽm, & uitã, & cũ corpore famam.
Euaſti? f credo g metues, doctuſq́ue cauebis.
Quęres quando iterum paueas, iterumq́; perire
Poſſis, o toties ſeruus, quę bellua ruptis,
Quum ſemel effugit, reddit ſe praua catenis?
Nõ ſũ męchus, ais, neq ego, hercule fur, ubi uaſa
Prętereo ſapiens argentea. tolle periclum,
Iam uaga proſiliet frenis natura remotis.
Tunc mihi dominus, rerum imperijs hominũq́.
Tot tantiſq́; minor? quem ter uindicta quaterq́;
Impoſita haud unquã miſera formidine priuet? h
Adde ſupradictis, quod non leuius ualet, nam
Siue uicarius eſt, qui ſeruo paret (vti mos
Veſter ait) ſeu conſeruus, tibi quid ſum ego? nẽpe
Tu, mihi qui imperitas, alijs ſeruis miſer, atque
Duceris ut neruis alienis mobile lignum;
Quiſnam igitur liber? ſapiens, ſibiq́, imperioſus:

a Odorib. de libutum.
b Tim. omitteris in ædes mulieris.
c Qui repugnat libidinoſę cupiditati.
d Adulterum.
e Marito Vel, furioſo amori
f Pro euaſiſti.
g Credo, ironicè. metues, credo imò uero ſimile periculum tibi acceſſes.
h Qui obnoxius es uel ca dis tot, & tantis imp. rerum atque hoĩum. Vel, Qui eo inferiores me, ꝙ res tot. & h. tibi imper...

Quẽ neq. pauperies, neq; mors, neq. uincula terres
Reſponſare a cupidinibus, contemnere honores
Fortis, & in ſeipſo totus b *teres atq; rotundus*
Externi nequid ualeat per leue morari.
In quem manca ruit ſemper fortuna poteſne
Ex his ut proprium quid noſcere? quinq; talẽta
Poſcit te mulier, uexat, fortibuſq; repulſum
Perfundit gelida rurſus uocat. eripere turpi
Colla iugo, liber. liber ſum dic age. non quis.
Vrget enim dominus mentem non lenis, et acres
Subiectat laſſo ſtimulos, verſatq; negantem,
Vel quum c *Pauſiaca torpes inſane tabella.*
Qui d *peccas min' atq; ego? quũ Fului Rutubęq.*
Aut Placideiani contento poplite miror
Prælia, rubrica picta aut carbone uelut ſi
Re uera pugnent, feriam. uitemq; mouentes
Arma uiri nequam: & ceſſator e *Dauus: at ipſe*
Subtilis ueterum iudex, & callidus audis.
Nil f *ego, ſi ducor libro fumante; tibi ingens*
Virtus atq; animus cœnis g *reſponſat opimis.*
Obſequium uentris mihi pernicioſius eſt. cur?
Tergo plector enim. h *qui tu impunitior illa*
Quę paruo ſumi nequeunt obſonia captas?
Nempe i *inamareſcunt epulę ſine fine petitæ,*
Illuſiq; k *pedes uitioſum ferre recuſant*
Corpus an hic peccat ſub noctem qui puer vna
Furtiuam mutat ſtrigilem? qui prædia uendit,
Nil ſeruile, gulę parens, habet? adde, quòd idem
Non horam l *tecum eſſe potes, non otia rectè*
Ponere, teq. ipſum uitas fugitiuus, & error:

a Fortis ad reſponſandum cup. &c.
b æqualis, Cõſtans. A.
c Pauſię pictoris inſignis, de quo Plin.
d cur minus peccas Iſpectã da Pauſię tabula, q̃ ego in cõtempti. gladiat. prelijs in pariete depictis?
e Sub. audio.
f Dico r eſſe homo nihili ſi. d. l.
g aduerſatur cum ironia.
h Qui tu ĩpunitius, q̃ ego cõſectaris illa obſ. Al. Quid? in imp.
i Saporem gratum amittere uidẽtur, & fieri amaræ.
k ſil. Decepti multo uino, & cibo.
l Tuis cogitatiõnib. uacare. Vel in tuo ppoſito manere At vet. ſch. Sanæ mẽtis eſſe.

Iam uino quærens, iam ſomno fallere curam,
Fruſtra: nã comes atra premit ſequiturq́; fugacē.
Vnde mihi lapidē? Quorsū ē op⁹? Vnde ſagittas? a Minatur herus ſeruo.
Aut īſanit homo, aut uerſus facit. Ocyus hinc te
Ni rapis, accedes b *opera agro noua Sabino.* b Operarius nonus.

SATYRA VIII.

Fundanium inducit deſcribentem cęnam Naſidieni, & quidem ita vt multa ſint quæ riſum ipſi audienti mouere poſſint. Præſertim uero putidam lautitiarū oſtentationē, atq; adeo lautitias minime lautas ſiue luxum lautitijs, & omni gratia carentem, Horatius ſub Fundanij perſona irridere uidetur.

VT Naſidieni iuuit te cœna c *beati?*
Nã mihi quęrēti cõuiuã, dictus d *here illic*
De medio potare die. Sic, ut mihi nunquam
In uita fuerit melius, e *Da (ſi graue non eſt)*
Quę prima iratum uentrem placauerit eſca.
In primis Lucanus aper leni fuit Auſtro
Captus, ut aiebat f *cænę pater. acria circum*
Rapula, lactuca, radices, qualia laſſum
Peruellunt g *ſtomachum: ſiſer, alec, fæcula Coa.*
His ubi ſublatis, puer altè cinctus acernam
Gauſape purpureo menſam perterſit, & alter
Sublegit quodcunque iaceret inutile, quodq́;
Poſſet cœnantes offendere: ut Attica virgo
Cum ſacris Cereris, procedit fuſcus Hydaſpes,
Cęcuba uina ferens: Alcō, Chiū, h *maris expers.*
Hic herus, Albanum, Męcenas, ſiue Falernum
Te magis appoſitis delectat. habemus utrumq́;
Diuitias i *miſeras. Sed queis cęnantibus una,*
Fundani, pulchrę fuerit tibi, noſſe laboro.

c Al. ut te N. iuuit c. b. Al. Naſ. qui in te c. b. Beati pro diuitiis.
d Al. heri.
e Da, pro die, ut apud Virg.
f C. pat Cõuiuator infra, & parochus, herus dominus.
g Prouocant.
h Aquæ marinæ.
i Hor. exclamat eſse diuitias miſeras, i. hoīs miſeri, q. neſciat illis vti quū opus eſt. Schol.

Sum-

Sūmus a *ego,et ꝑpe me Viſcus Turinus,et īfra,*
(Si memini) Varius cum Seruilio Balatrone
Vibidius:quos Mæcenas adduxerat b *umbras.*
Nomentanus erat ſuper ipſum, Porcius infra,
Ridiculus c *totas* d *ſimul abſorbere placentas.*
Nomentanus e *ad hoc, qui ſiquid forte lateret,*
Indice monſtraret digito nam cætera turba,
Nos inquam,cœnamus aues,conchylia,piſces
Longè diſſimilem noto celantia ſuccum.
Vt uel continuò patuit,quum f *paſſeris atque*
Inguſtata mihi porrexerit ilia rhombi.
Poſt hoc me docuit melimela rubere,minorem
Ad lunam delecta.quid hoc interſit,ab ipſo
Audieris melius.tum Vibidius Balatroni,
Nos niſi damnos è bibimus,moriemur inulti.
Et calices poſcunt maiores,uertere pallor
Tum g *parochi faciem,nil ſic metuentis ut acres*
Potores, vel quòd maledicunt liberius,vel
Feruida quod ſubtile exſurdant vina palatum.
Inuertunt h *Aliphanis uinaria tota*
Vibidius Balatroq; ſequutis omnibus: imis
Conuiuæ lecti nihilum nocuere lagenis.
Affertur ſquillas inter muræna natantes
*In patina porrecta.*i *ſub hoc herus, Hæc grauidā*
Capta eſt,deterior poſt partū carne futura(inqt,
His miſtum ius eſt oleo, quod prima Venafri,
Preſſit cella: garo de ſuccis K *piſcis Iberi,*
Vino quinquenni, verùm l *citra mare nato,*
Dum coquitur, (cocto Chium ſic conuenit,ut nō
Hoc magis ullū aliud) pipere albo,nō ſine aceto,

a In ſummo lecto.
b Vmbræ, quos quis ad conuiuium ſecum adducit.
c Ridic. in abſorbendis placentis.
d Al. ſemel,& obſorbere.
e Ad hoc, ad hāc rē ridi. A.
f Paſſ. piſcis.
g Qui ſupra erus, & cœnæ pater.
h Inuertūt uaſa uinaria.i.ī caput uertunt Vel, Inuertūt Aliphanos calices, toto uino ebibito.
i Hoc ipſo tēpore.
K Scombri.
l Italico.

Quod Methymneam vitio mutauerat vuam.
Erucas virides, inulas ego primus amaras
Monſtraui incoquere, illutos Curtilius echinos,
Vt melius muria quam teſta marinę remittat.
Interea ſuſpenſa graues aulea ruinas
In a *patinam fecere, trahentia pulueris atri* — a Vbi erat Murena.
Quantum b *non Aquilo Cāpanis excitat agris.* — b Subintell. tātum.
Nos maius veriti, poſtquam nihil eſſe pericli
Senſimus, erigimur. Rufus, poſito capite, ut ſi — c Deiecto, & demiſſo.
Filius immaturus obiſſet flere. d *quis eſſet* — d Q. d. Nec finem flendi feciſſet. ni. ſap.
Finis? ni ſapiens ſic Nomentanus amicum
Tolleret, e *Heu fortuna, quis eſt crudelior in nos* — e Toll. animū amici erigeret.
Te deus? vt ſemper gaudes illudere rebus
Humanis. Varius mappa compeſcere riſum
Vix poterat Balatro f *ſuſpendens omnia naſo.* — f Al. naſo ſuſp. adunco ignotos.
Hæc eſt conditio viuendi, aiebat; eoque
Reſponſura tuo nunquam eſt par fama labori. — g Angi.
Tæne, ut ego accipiar lautè, g *torquerier omni*
Sollicitudine diſtrictum? ne panis aduſtus.
Ne male conditum ius apponatur? ut omnes
Præcincti rectè pueri comptique miniſtrent?
Adde hos prętерea caſus: aulæa ruant ſi,
Vt modò: ſi patinam pede lapſus frangat agaſo.
Sed conuiuatoris (vti ducis) ingenium res
Aduerſę nudare ſolent, celare ſecundæ.
Naſidienus ad hęc, Tibi dijs, quęcūq; h preceris. — h Optas.
Cōmoda dent: ita vir bonus es, cōuiuaq; comis.
Et ſoleas poſcit. tum in lecto quoque videres
Stridere ſecreta diuiſos aure ſuſurros,
Nullos i *his malem ludos ſpectaſſe ſed illa* — i Horatij verba.

Redde, a age, quæ deinceps reſiſti. Vibidius dum
Quærit de pueris, num ſit quoque fracta lagena,
Quod ſibi poſcenti non dentur pocula: dumque
Ridetur b fictis rerum, Balatrone ſecundo,
Naſidiene redis mutatæ frontis, ut arte
Emendaturus c fortunam. deinde ſequuti
Mazonomo d pueri magno diſcerpta ferentes
Membra gruis, ſparſi ſale multo, non ſine farre,
Pinguibus, & ficis paſtum iecur anſeris albi,
Et leporum auulſos. vt multo ſuauius, armos,
Quàm ſi cum lumbis quis edit tũ pectore aduſto.
Vidimus, et merulas poni, et ſine clune palũbes,
Suaues e res ſi non cauſas narraret earum &
Naturas dominus quem nos ſic fugimus ulti,
Vt nihil omnino guſtaremus: uelut illis,
Canidia f afflaſſet, peior ſerpentibus Afris.

a Redde mihi rationẽ eorũ quæ deinceps riſum tibi mouerunt.
b ficta rerum, pro Res fictę, ut Abdita rerum, pro res abditæ.
c Fortuitum illum aulæorum caſum.
d Lance prægrandi.
e Qui poterãt eſſe ſuaues, ſi non obtunderet nos dominus, narrando cauſas c. & nat.
f Can. venefica.

Q. HORATII FLACCI EPISTOLARVM LIBER PRIMVS.

AD MOECENATEM. Epiſt. I.

Se ludicra ſua ſtudia miſſa facere dicit, & ea quæ ad uirtutem dicunt, amplecti: ſic tñ ut in nullius magiſtri verba auret. Eiuſmodi autem eſſe hæc ſtudia, ut nemo ſit, qui non illis excoli poſſit, ſi modo patientem aurē commodet. Tandem prauum hominum iudiciū, uirtutem opibus, & honorib. poſtponentiū, & quę corporis ſunt, non quæ ſunt animi, curantium, reprehendit.

PRima a dicte mihi, ſumma dicende camęna,
Spectatū ſatis, & donatū iā b *rude, quęris,*
Męcenas, iterum antiquo me includere ludo.
Non eadem eſt ætas, non mens. Veianus, armis
Herculis ad poſtem fixis, latet abditus agro:
Ne populum extrema toties exoret arena.
Eſt mihi purgatam crebrò qui perſonet aurem,
Solue ſeneſcentem maturè ſanus equum, ne
Peccet ad extremum ridendus, & ilia ducat.
Nunc itaque, & verſus, & cętera ludrica pono:
Quid uerū atq; decens, curo, et rogo, & oīs in hoc
Cōdo c *& cōpono q̄ mox depromere poſſim.* (ſū:
Ac ne forte roges, quo me duce, quo lare tutèr:
Nullius addictus iurare in uerba magiſtri,
Quo me cunque rapit tempeſtas, deferor hoſpes.

a Primo poemate à me celebrare, & celebrāde ultimo.
b R. metaph. à gladiat. ſicut & quum ludū dicit. Et V. gl. nomen.

c Inſtruo animum præceptis, quæ in promptu eſſe poſſint.
d Tempori ſeruio.

a Ciuilia munia ob eo. Ciuiliũ offic. & negot. turbis me implico.
b Vale dicens negotijs & curis, aĩo meo obſequor.

Nunc agilis fio, & merſor a ciuilibus undis,
Virtutis veræ cuſtos rigiduſque ſatelles:
Nunc in Ariſtippi furtim præcepta relabor,
Et b *mihi res, non me rebus ſubmittere conor.*
Vt nos longa, quibus mentitur amica, dieſq;
Longa uidetur opus debentibus, ut piger annus
Pupillis, quos dura premit cuſtodia matrum:
Sic mihi tarda fluũt ingrataq; tempora quę ſpẽ
Conſiliumq; morantur agendi gnauiter id quod
Aequè pauperibus prodeſt, locupletibus æque,
Aequè neglectum pueris ſenibuſq; nocebit.

c Q. d. Interim boni cõſulere debeo quã cõſequutus ſum primordiorũ cognitionem. Vel, q̃ ex pri. cognitione ꝑſtare poſſum, q. d. ex cogn. mediocri. Quid ſi. His cl. ad ſeq. referas.
d Recr. refocillare tanquam ſi morbo.

Reſtat c *vt his ego me ipſe regã ſolerq. elemẽtis*
Non poſſit oculo quantum contendere Lynceus,
Non tamen idcirco contemnas lippus inungi:
Nec, quia deſperes inuicti membra Glyconis,
Nodoſa corpus nolis prohibere chiragra.
Eſt quodam prodire tenus, ſi non datur ultra.
Feruet auaritia miſeroq; cupidine pectus?
Sunt verba & uoces, quibus hunc lenire dolorẽ
Poſſis, & magnam morbi deponere partem.
Laudis amore tumes? ſunt certa piacula, quæ te
Ter pure lecto poterunt d *recreare libello.*
Inuidus, iracundus, iners, uinoſus, amator:
Nemo adeo ferus eſt ut non miteſcere poſſit,
Si modo culturæ patientem commodet aurem.

e Quũ nõ obtinueris magiſ. quem petieris.
f Cap. corporis uel uitæ.

Virtus eſt, uitium fugere, & ſapientia prima,
Stultitia caruiſſe. uides, quæ maxima credis
Eſſe mala, exiguũ cẽſum, turpemq; e *repulſam*
Quanto deuites animi f *capitiſq; labore*
Impiger extremos curris mercator ad Indos,

Per

Per mare pauperiem fugiens, per ſaxa, p ignes:
Ne a cures ea quæ ſtultè miraris & optas,
Diſcere, & audire, & meliori credere non uis?
Quis circum pagos & circum compita pugnax,
Magna coronari contemnat Olympia, cui ſpes,
Cui ſit conditio dulcis ſine puluere palmæ?
Vilius argentum eſt auro, uirtutibus aurum.
O ciues ciues, quærenda pecunia primum eſt,
Virtus poſt nũmos hęc b *Ianus ſummus, ab imo*
Perdocet: hæc recinunt iuuenes dictata, ſeneſq;,
Læuo ſuſpenſi loculos tabulamq; lacerto.
Si c *quadringentis, ſex ſeptem millia deſunt,*
Eſt animus tibi, ſunt mores, & lingua fideſq;:
Plebs eris at pueri ludentes, rex eris, aiunt,
Si rectè facies. Hic murus aheneus eſto
Nil conſcire ſibi nulla palleſcere culpa.
Roſcia (dic ſodes) melior lex, an puerorum
Nænia? quæ regnum recte facientibus offert,
E maribus Curis & decantata Camillis?
Iſne tibi melius ſuadet, d *qui rem facias: rem,*
Si poſſis, rectè: ſi non quocunque modo rem:
Vt proprius ſpectes lacrymoſa poemata Puppi:
An qui Fortunæ te reſponſare ſuperbæ
Liberum, & erectũ præſens hortatur & optat?
Quod ſi me populus Romanus forte roget, cur
Non, ut porticibus, ſic iudicijs fruar ijſdem,
Nec ſequar, aut fugiã, quæ diligit ipſe, uel odit:
Olim quod uulpes ægroto cautela leoni.
Reſpondet referam, e *Quia me veſtigia tereant,*
Omnia te aduerſum ſpectantia, nulla retrorſum.

a Quũ laborẽ illũ perferas curtẽdi ad Iu. nõ uis facere qđ facile eſt. diſcere & aud. ut deſinas ſtultã mirari opes illas, & honores.

b via quædã a Iani tẽplo, ubi trapezitę, & fęneratores

c Si quad. mi. ſeſtertium deſunt ſex, aut ſ. millia, nõ eris eques, ſed plebeius, quãuis, ſit tibi anim° &c. Exponitur & aliter.

d Qui ſuadet, ut rem facias. Al. ‿ rem.

e Ex Aeſopi fabula.

Bellua a multorũ es capitũ. nãq̃d ſequar? aut quẽ?
Pars hominũ geſtit cõducere b *publica: ſũt qui*
Cruſtis, c & pomis uiduas uenentur auaras,
Excipiantq́; d *ſenes, quos, in uiuaria mittant:*
Multis occulto creſcit res fęnore. verum
Eſto e *alijs alios rebus ſtudijsq́; teneri:*
Iidem eadem poſſunt horam durare probantes?
Nullus in orbe ſinus Baijs prælucet amœnis,
Si dixi diues, lacus, & mare ſentit amorem
Feſtinantis heri; cui ſi uitioſa libido
Fecerit f *auſpicium cras ferramenta Theanum*
Tolletis fabri g *lectus genialis in aula eſt?*
Nil ait eſſe prius, melius nil cælibe uita.
Si non eſt iurat bene ſolis eſſe maritis.
Quo teneam vultus mutantem Protea modo?
Quid pauper? h *ride: mutat cænacula, lectos,*
Balnea, tonſores; conducto nauigio. æquè
Nauſeat ac locuples, quẽ ducit i *priua triremis.*
Si k *curtatus inæquali tonſore capillos*
Occurri, rides: ſi forte ſubucula l *pexæ*
Trita m *ſubeſt tunicæ, uel ſi toga diſſidet impar,*
Rides: n *quid mea quum pugnat ſententia ſecũ?*
Quod petijt: ſpernit: repetit quod nuper omiſit?
Aeſtuat, & uitę diſconuenit ordine toto?
Diruit, ędificat, mutat quadrata rotundis?
Inſanire putas ſolennia me: neque rides:
Nec medici credis, nec curatoris egere
A prętore dati: rerum tutela mearum
Quũ ſis, & raue ſectum ſtomacheris ob unguem
De te pendentis, te reſpicientis amici.

a Apoſtrophe ad ipſum populum.
b Vnde dicti publicani.
c Pro Ci. ẽ fruſtis in al.
d Exc. inſidijs ſ. inſidiẽtur ſenibus.
e Eſto. al. Liceat illis iſtud diuerſis teneri
f Si uitioſa libido q̃ ꝑ auſpice hẽt, aliã cupiditatem immiſerit.
g L. g. Eſtne illi uxor?
h Q. d. Facit, & ipſe, ꝙ riſu dignum ſit.
i Pr. propria.
k Decurtati ſũt ĩęqual. c.
l. P. opponit tritę, q̃a hęc ñ amplius lanoſa, & uilloſa eſt, ſicut illa.
m Qui quum m. ſ. p. ſecum? quũ ſper. q. p.
r. q. n. o. ęſtuat &c. cur idẽ tũ quoq; ñ facis.
Nimirũ quia putas me inſ.
n Ob rẽ leuẽ.

Ad

Ad ſummam, ſapiens uno minor eſt Ioue: diues,
Liber, honoratus, pulcher: rex denique regum:
Præcipue ſanus, niſi quum a pituita moleſta eſt. a In pit. ſyneſiſis eſſe putatur.

AD LOLLIVM. Epiſt. II.

Homerũ in ſuis poematis plenius ac melius quam quoſdam philoſophos, qui honeſtum ſit, docere dicit. Amborum afferẽs argumẽta, Iliade quidẽ, quales ſint in ſtultis regibus, & populis animi motus, deſcribi: in Odyſſea autem, Vlyſſis exemplo, quid uirtus & ſapiẽtia poſſint, oſſendi. Deinde ad ſtudium ſapiẽtiæ hortatur, vtpote quos receſſit animi morbos ſanaturę. Sed a teneris aſſueſcẽdum huiuſmodi præceptis eſſe docet.

TRoiani b *belli ſcriptorem, maxime Lolli,* b Iliadem Homeri.
Dũ tu declamas Romæ, Prœneſtes relegi:
Qui, quid ſit pulchrũ, qd turpe, qđ utile, quid non
Plenius ac melius Chryſippo, & c Crãtore dicit. c Academico.
Cur ita crediderim (niſi quid te detinet) audi.
Fabula, d *qua Paridis propter narratur amorẽ* d Iliadis argumentum.
Græcia barbariæ lento e *colliſa duello,*
Stultorum regum, & populorũ continet f *æſtus.* e Conflictata. f Animorum motus.
Antenor cenſet belli præcidere cauſam.
Quid Paris? ut ſaluus regnet, uiuatq; beatus
Cogi poſſe negat. Neſtor componere lites
Inter Peleiden feſtinat, & inter Atreiden:
Hunc amor, ira quidem cõmuniter urit utrunq;,
Quicquid delirant reges, g *plectuntur Achiui.* g Luunt pœnas.
Seditione, doſis ſcelere, atque libidine, & ira,
Iliacos intra muros peccatur, & extra.
Rurſus, quid virtus & quid ſapientia poſſit,
Vtile propoſuit nobis exemplar h *Vlyſſem;* h Odyſſeę argumentum.
Qui i *domitor Troiæ, multorum prouidus urbes* i Poſtquã domuit Troiam
Et mores hominũ inſpexit, latumq; per æquor,

Dum ſibi, dum ſocijs reditũ parat, aſpera multa
Pertulit, aduerſis rerum immerſabilis undis.
Sirenum uoces & Circæ pocula noſti,
Quæ ſi cum ſocijs a *ſtultus cupiduſq; bibiſſet,*
Sub domina meretrice fuiſſet turpis & excors,
Vixiſſet canis immundus, uel amica lutoſus.
Non numerus ſumus, & fruges conſumere nati,
Sponſi b *Penelopæ, nebulones, Alcinoiq;.*
In cute curanda plus æquo operata iuuentus;
Cui pulchrum fuit in medios dormire dies, &
Ad ſtrepitum citharæ ceſſatum ducere curam.
Vt iugulent homines, ſurgunt de nocte latrones,
Vt teipſum ſerues, non expergiſceris? atqui
Si noles ſanus, curres hydropicus, & ni
Poſces ante diem librum cum lumine, ſi non
Intendes animum ſtudijs, & rebus honeſtis,
Inuidia uel amore uigil torquebere. nam cur
Quæ lędent oculos, feſtinas demere, ſiquid
Eſt c *animum differs curãdi tempus in annum?*
Dimidium. qui cœpit, habet ſapere d *aude,*
Incipe qui rectè uiuendi prorogat horam,
Ruſticus exſpectat dum defluat annis, at ille
Labitur, & labetur in omne uolubilis æuum.
Quæritur argentum, pueriſq; beata creandis
Vxor, & incultę pacantur uomere ſyluę,
Qđ ſatis eſt, cui cõtigit, hic nihil amplius optet.
Non domus, & fundus, non æris aceruus & auri
Aegroto e *domini deduxit corpore febres,*
Non animo curas ualeat poſſeſsor oportet,
Si comportatis rebus bene cogitat uti.

a Si æquè ſtultus & cupidus ac ſocij fuiſſe, ita ut cum illis pocula Circes biberet.
b Q d. Nihil differimus a ſp. Pen. quos ille deſcribit. Nũ autem .i. hoĩes nihili, q dũtaxat augem⁹ hoĩum numerũ. Et, ſumus iuuentus Alc.
c Eſt p Edit, ſiue Exedit. Si qs animi morbus eum corrumpit.
d Aude. ſ fortiter in animũ tuũ inducito, ſapientiæ ſtudiũ amplecti.
e Sic Lucr. Nec calidæ citius recedunt corpore.
f Textilibus in pict, &c.

Qui

Qui cupit, aut metuit, iuuat illũ ſic dom⁹, aut res
Vt lippum pictæ tabulæ, fomenta podagram,
Auriculas citharæ collecta ſorde dolentes.
Sincerũ eſt niſi uas, quodcũq; infundis, aceſcit.
Sperne uoluptates, nocet empta dolore uoluptas.
Semper auarus eget; certum uoto pete finem.
Inuidus alterius macreſcit rebus opimis.
Inuidia Siculi non inuenero tyranni
Maius tormentum qui non moderabitur iræ,
Infectũ a *uolet eſſe, dolor quod ſuaſerit, & mẽs,*
Dum pœnas odio per uim feſtinata inulto.
Ira, furor breuis eſt, animum rege qui niſi paret,
Imperat, hunc frenis, hunc tu compeſce catena.
Fingit b *equũ tenera docilem ceruice* c *magiſter*
Ire uiam quã monſtrat eques, uenaticus ex quo
Tempore ceruinam pellem latrauit in aula,
Militat in ſyluis catulus. nunc adhibe puro
Pectore uerba puer, nunc te melioribus offer.
Quo ſemel eſt imbuta recens. ſeruabit odorem
Teſta diu quod ſi ceſſas, aut ſtrenuus anteis.
Nec tardum operior, nec præcedentibus inſto.

a Pœnitebit eſt eius quod fecerit dũ uiolẽto animi impetu fertur ad ultionem eius quem odit.

b Format, inſtituit.

c Qui domat equos.

d Non conor anteuertere.

AD IVLIVM FLORVM.
Epiſt. III.

Iulium Florum de Claudio Nerone ubi militet, & de quorundam amicorum ſcriptis, interrogat. Deinde ipſum Florum ad ſapientiæ ſtudium, & ad redeundũ in gratiam, cum fratre hortatur.

IVli Flore, quibus terrarum militet oris
Claudius Auguſti priuignus, ſcire laboro.
Thracane

Thracane uos: Hebruſq; niuali cõpede uinctus,
An freta uicinas inter currentia a turres,
An pingues Aſiæ campi colleſq; b morantur?
Quid ſtudioſa cohors opũ ſtruit? hęc quoq; curo.
Quis ſibi res geſtas Auguſti ſcribere ſumit?
Bella quis, & paces longum diffundit in æuum?
Quid Titius, Romana breui uenturus in ora?
Pindarici fontis qui non expalluit hauſtus,
Faſtidire lacus, & riuos auſus apertos:
Vt ualet? ut meminit noſtri? c fidibuſne Latinis
Thebanos aptare modos ſtudet, auſpice Muſa?
An tragica deſæuit, & ampullatur in arte?
Quid mihi Celſus agit? monitꝰ, multũq; monẽdus
Priuatas ut quærat opes, & tangere uitet
Scripta, Palatinus quæcunq; recepit d Apollo:
Ne, ſi forte ſuas repetitum uenerit olim
Grex auium plumas, moueat cornicula riſum,
Furtiuis nudata coloribus. ipſe quid audes?
Quæ e circũuolitas agilis thyma? nõ tibi paruũ
Ingenium non incultum eſt, nec turpiter hirtũ.
Seu linguam cauſis acuis, ſeu ciuica iura
Reſpondere paras ſeu condis amabile carmen:
Prima feres ederæ uictricis præmia. quòd ſi
Frigida curarum fomenta relinquere poſſes,
Quò te cœleſtis ſapientia duceret, ires,
Hoc opus, hoc ſtudiũ parui ꝓperemus, et ampli,
Si patriæ uolumus, ſi nobis uiuere cari.
Debes hoc etiam reſcribere, f ſi tibi curæ
Quantæ conueniat Munatius. an malè ſarta
Gratia nequicquam coit, & reſcinditur? at uos,

Seu

a Seſtum, & Abydum.
b Detinent.
c Lyricis uerſibus Latinis Pindaricos imitari.
d Bibliotheca templo Apollinis, qđ Aug. extruxerat, adiuncta.
e Ab apib. metaph. q. d. Quibus ex florib. melitũ aliqđ poema nobis paras?
f An. Mun. ſit tibi tantæ curæ quantæ decet eſſe fratrẽ Quid? illanc reconciliatio firma nõ eſt? Vel, animale, ſarta &c. pertinent item ad Reſc. ſineiter.

Seu a calidus ſanguis ſeu rerum inſcitia uexat, a C. ut alibi, calidus iuuenta.
Indomita ceruice feros: ubicunque locorum
Viuitis, indigni fraternum rumpere fœdus,
Paſcitur in ueſtrum reditum uotiuo iuuenca.

AD ALBIVM TIBVLLVM. Epiſt. IIII.

Albium Tibullum compellat, cui ſtudium philoſophiæ laudare uidetur, atq; id facere ut eius amore illum accendat. Recenſet quibus dotibus illum dij ornauerit: deinde ita ui uendum illi eſſe dicit, ut unumquenque diem, extremum ſibi fore putet.

Albi, noſtrorum ſermonum candide iudex,
Quid nūc te dicā facere ī regiōe Pedana?
Scribere quod Caſſi Parmēſis opuſcula vincat?
An tacitum ſyluas inter b *reptare ſalubres,* b Lentius ſambulare.
Curantem quicquid dignū c *ſapiente bonoq; eſt?* c Sic alibi hæc duo cōiungit.
Nō tu d *corpus eras ſine pectore. dij tibi formā,* d Corpus, ſ. p. excors.
Dij tibi diuitias dederant, artemq; fruendi.
Quid voueat dulci nutricula maius alumno,
Quā ſapere, & fari vt poſſit quæ ſentiat, & e *cui* e Neque ſordidus neque nimis amplus.
Gratia fama, valetudo contingat abundè,
Et f *mundus victus, non deficiente crumena?* f Exiſtima quotidie te moriturum.
Inter ſpem curamq; timores inter, & iras,
Omnem crede diem tibi diluxiſſe g *ſupremum.* g Vltimum.
Grata ſuperueniet, quæ non ſperabitur, hora.
Me pinguē, & h *nitidū bene curata cute uiſes.* h Corpore nitido.
Quum ridere uoles Epicuri de grege porcum.

AD TORQVATVM. Epiſt. V.

Torquatum ad cœnam inuitat, quam frugalem fore dicit Hortatur ut curis, & cupiditati diuitiarum uarie dīcēs, hilaritati ſe tradat, & laudes ebrietatis addit. Tria eſſe dicit quorum ſtudioſus ſit in apparatum cō uiuij, primam autem ponit munditiam.

a Aliqd ex rudis antiquitatis artificio retinentibus.
b Conſule T. Statilio Tauro transfuſa è torculari, uel lacu uel dolio in amphoras.

SI potes a archaicis cōuiua recumbere lectis,
Nec modica cœnare times olus oē patella,
Supremo te ſole domi Torquate manebo.
Vina bibes iterum b *tauro diffuſa, paluſtres*
Inter Minturnas, Sinueſſanumq́; Petrinum.
Sin melius quid habes, arceſſe, vel imperiū fer.
Iādudum ſplendet focus, & tibi mūda ſupellex.
Mitte leues ſpes, & certamina diuitiarum,
Et Moſchi cauſam cras nato Cæſare feſtus
Dat ueniam ſomnumq́; dies. impunè licebit
Aeſtiuam ſermone benigno tendere noctem.
Quo c mihi fortunas, ſi non conceditur uti?
Parcus ob hæredis curam, nimiumq́; ſeuerus
Aſſidet d *inſano. potare, & ſpargere flores*
Incipiam, patiarq́; vel inconſultus haberi.
Quid non ebrietas deſignat? operta recludit?
Spes iubet eſſe ratas, in prælia trudit inermem.
Sollicitis animus onus eximit: addocet artes.
Fœcundi calices quem non fecere diſertum?
Contracta quem non in paupertate ſolutum?
Hæc ego procurare, & idoneus imperor, & non
Inuitus. ne turpe toral, ne ſordida mappa
Corruget na es; ne non, & cantarus, & lanx
Oſtendat e tibi te: ne fidos inter amicos
Sit qui dicta foras elimet: ut coeat par

c In quē vſū. Quorſū optē, uel cōpatem.
d Proximū inſano locum tenet i. ei ſimillimus eſt.

e Splēdeat in ſtar ſpeculi, ſuam imaginem tibi oſtēdentis.

Inu-

Iunganturq́; pari. a Brutum tibi, Septimumq́;, a Al Brutũ. & quidã iũgũt hęc cum pręc.
Et niſi cęna prior potiorq́; puella Sabinum
Detinet, aſſumam locus eſt & pluribus umbris.
Sed b *nimis arcta premũt olidę conuiuia capræ.* b Vbi nimis arctè ſedetur, ex ſtit grauis alarum odor.
Tu, c *quotus eſſe uelis, reſcribe: & rebus omiſſis,* c Quot uelis uocari.
Atria ſeruantem d *poſtico falle clientem.* d Falſa porta.

AD NVMICIVM. Epiſt. VI.

Nihil admirari rem eſſe dicit, quæ propemodum ſola ad uitæ beatitudinem conferat. quum homines non ea tantum quę cupiunt, ſed etiam quæ timent illis contraria, eodem ferè modo miretur. Verum ex ijs quibus, admiratio cupiditatem incitat, alios aliud expetere omnes autem fruſtra in eo felicitatem, quæ a ſola uirtute pendet, collocare.

NIl admirari, propè res eſt una, Numici,
Solaq́; quæ poſſit facere, & ſeruare beatũ.
Hunc ſolem, & ſtellas, & decedentia certis
Tempora momentis, ſunt qui formidine nulla
Imbuti ſpectent. quid cenſes munera terræ?
Quid maris extremos Arabas ditãtis, et Indos?
Ludrica quid, plauſus, et amici e *dona Quiritis?* e Honores, ą pop. deferuntur.
Quo ſpectanda modo quo ſenſu credis, & ore?
Qui timet his aduerſa, ferè miratur eodem
Quo cupiens pacto. pauor eſt f *vtriq; moleſtus:* f Al. Vtrobiq.
Improuiſa ſimul ſpecies exterret utrumque.
Gaudeat, an doleat: cupiat, metuatne: qd ad rẽ? g Si ne uirtus quidẽ ipſa expeti debet vltra, quam ſatis eſt, ita ne digne hęc cenſebis, quæ tanto pere admiteris.
Si, quicquid uidit melius peiuſve ſua ſpe,
Defixis oculis, animoq́; & corpore torpet?
Inſani ſapiens nomen ferat, æquus iniqui,
Vltra quam ſatis eſt uirtutem ſi petat ipſam.
I g *nũc, argentũ, et marmor vetus, æraq́; et artes*

Suſpice

Suſpice, cum gemmis Tyrios mirare colores:
Gaude quod ſpectant oculi te mille loquentem
Gnauus manè forum et ueſpertinus pete tectum
Ne plus frumenti dotalibus emerat agris
Mucius, indignum quod ſit peioribus ortus:
Hic tibi ſit potius quàm tu mirabilis illi.
Quicquid ſub terra eſt in apricum proferet ętas,
Defodiet condetq; nitentia. quum bene notum
Porticus Agrippę, & uia te conſpexerit Appi,
Ire a tamẽ reſtat Numa quò deuenit, et Ancus.
Si latus aut renes morbo tentantur acuto,
Quære fugam morbi. vis rectè viuere? quis non?
Si virtus hoc una poteſt dare, fortis omiſſis
Hoc b age delicijs virtutem verba putas, vt
Lucum ligna? caue ne portus occupet alter,
Ne Cibyratica, ne Bithyna negotia perdas.
Mille talenta c rotundentur, totidẽ altera porro.
Tertia ſuccedant, & quæ pars quadret aceruũ.
Scilicet vxorem cum dote, fidemq;, & amicos,
Et genus, & formam regina pecunia donat.
Ac bene nummatũ decorat Suadela, Venuſque.
Mancipijs locuples eget æris Cappadocum rex.
Ne fueris hic tu clamydes Lucullus (vt aiunt)
Si poſſe centum ſcenę præbere rogatus,
Qui poſſũ tot? ait, tamẽ, et quęrã, et quo habebo
Mittam, poſt paulo ſcribit, ſibi millia quinque
Eſſe domi chlamydum, partẽ vel tolleret omnes.
Exilis domus eſt, ubi non, & multa ſuperſunt
Et dominum fallunt, & proſunt furibus ergo
Si res ſola poteſt facere, & ſeruare beatum.

a Moriendum eſt.

b In hanc de comparanda uirtute curam incumbe.

c Quidã exp. Congerãtur, ad ſummã cõplendam.

Hoc primus repetas opus, hoc poſtremũ omittas.
Si fortunatum ſpecies & gratia præſtat,
Mercemur ſeruum, qui dictet nomina, a *læuum.*
Qui fodiat latus, & cogat trans pondera dextrã
Porrigere. Hic multũ ĩ Fabia ualet, ille Velina:
Cuilibet hic faſces dabit, eripietq́ue curule
Cui volet importunus ebur. frater, pater, adde:
Vt cuique eſt ætas, ita quenque facetos adopta.
Si bene qui cœnat, bene viuit: lucet, eamus
Quod ducit gula: piſcemur, venemur: ut olim
Gargilius, qui mane plagas, uenabula, ſeruos,
Differtum tranſire forum populumq́; iubebat:
Vnus vt è multis populo ſpectante referret
Emptum mulus aprũ. crudi tumidiq́; lauemur,
Quid deceat, quid non obliti: b *cerite cera*
Digni, remigium vitioſum Ithacenſis Vlyſſei,
Cui potior patria fuit interdicta voluptas.
Si (Mimermnus uti cenſet) ſine amore iociſq́;
Nil eſt iucundum: uiuas in amore, iociſque.
Viue, uale. ſiquid nouiſti rectius iſtis,
Candidus imperti, ſi non, his, utere mecum.

a Qui læuum domini latus pũgens, admoneat, hunc uel illũ eſſe ſalutãdũ & cogat ꝑnſare, uel tranſpõdere porrecta manu (ſi qua forte huiuſmodi obſtacula in uia eſſe cõtingat) quẽ dicet multum autoritate ualere in tribu Fab. & quem in Vel.

b Tali tabula qualis erat ea qua cerites ignominia affecti fuerunt ſuffragiorum iure priuati. Ita quidem ex Gellio, lib. 16. cap. 13.

AD

Q. HOR. FLACCI
AD MOECENATEM.
Epiſt. VII.

Mæcenati ſe excuſat quod promiſſis non ſteterit. Eius in ſe liberalitatem commemorat, & laudat. ſed libertatem, & animi tranquillitatem omnibus amicorum donis, & quibuslibet diuitijs anteponendam eſſe, atque adeo eum, qui paucis contentus uiuere didicit incommoda, quæ uitam ambitioſam comitantur non poſſe ferre innuit.

QVinq; dies tibi pollicitus me rure futurũ,
Sextilem totum mendax deſideror, atqui
Si me viuere vis, ſanum, recteq; valentem,
Quam mihi das ægro dabis ægrotare timenti.
Mæcenas ueniam: a *dum ficus prima calorque*
Deſignatorem decorat lictoribus artis;
Dum pueris omnis pater, & matercula pallet;
Officioſaque ſedulitas, & opella forenſis
Adducit febres, & teſtamenta reſignat.
Quod ſi bruma niues Albanis illinet agris,
Ad mare deſcendet uates tuus, & b *ſibi parcet,*
Contractusque leget: te dulcis amice reuiſet
Cum Zephyris (ſi concedes) & hirũdine prima,
Non quo more piris veſci Calaber iubet hoſpes,
Tu me feciſti locupletem. Veſcere ſodes.
Iam ſatis eſt At tu quãtumuis tolle. c *Benignè,*
Non inuiſa feres pueris munuſcula paruis.
Tam teneor dono quam ſi dimittar onuſtus.
Vt libet: hæc porcis hodie comedenda relinques.
Prodigus, & ſtultus donat quæ ſpernit, & odit.
Hæc d *ſeges ĩgratos tulit, ac feret omnib annis.*
Vir bonus, & ſapiens dignis ait eſſe paratum,

a Tẽpus anni indicat quo multi morbis correpti moriuntur.

b Suæ valetudinis rationẽ habebit, & ei conſulet.

c Miror hanc tuam in me benignitatẽ. Nimium liberaliter mecũ agis.

d Vide Coment. Lamb.

Nec

Nec tamen ignorat a quid diſtent æra lupinis. a Quid interſit inter bonos, & malos num mos.
Dignũ b prçſtabo me etiam pro laude merẽtis. b Hic verſus opponitur illi ſup. Hæc leg. ing.
Quod ſi me noles vſquam diſcedere, reddes
Forte latus, c nigros anguſta fronte capillos. c Iuuentam.
Reddes dulce loqui, reddes ridere decorum,
Inter vina fugam Cynaræ mærere proteruę.
Forte per anguſtam tenuis vulpecula rimam
Repſerat in d cumeram frumenti, paſtaq́. rurſus d Vas vimineum ad cõd. frum.
Ire foras pleno: tendebat corpore fruſtra.
Cui muſtela procul, Si uis (ait) effugere iſtinc,
Macra canũ repetes arctum, quẽ macra ſubiſti.
Hac ego ſi ampellar imagine, cuncta e reſigno. e Reſtituo.
Nec ſomnum plebis laudo, ſatur f altilium, nec f Animaliũ q̃ alũtur ut ſag.
Otia diuitijs Arebum liberrima muto.
Aegre g verecundum ladaſti, rexq́. paterque, g Pudorẽ meũ
Audiſti h coram, nec uerbo parcius abſens. h Appellat⁹ es a me Rex aũt de ſupiori, ſeu potẽtiori amico.
Inſpice ſi poſſum donata reponere lętus.
Haud malè Telemach⁹, proles patiẽtis Vlyſſei,
Nõ eſt aptus equis Ithacæ locus, i ut neq. planis i Vtpote neq. pl.
Porrectus ſpatijs, neq. multę prodigus herbę.
Atreide magis apta tibi tua dona relinquam.
Paruũ parua decent, mihi iam non regia Roma,
Sed uacuũ Tibur placet, aut k imbelle Tarẽtũ. k Ocioſum T.
Strenuus, & fortis, cauſiſq́; Philippus agendis
Claras, ab officijs octauam circiter l horam l Diei.
Dum redit, atque foro nimiũ diſtare m Carinas m Vrbis regionem ubi hab. Phil.
Iam grandis natu queritur: conſpexit (ut aiunt)
Adraſum quendam uacua tonſoris in umbra,
Cultello proprios purgantem leniter vngues.
Demetri n (puer hic non o lęnè iuſſa Philippi n Stulte. o Verba philip.

Accipiebat) abi: quęre, et refer, unde domo, quis,
Cuius fortunę: quo ſit patre, quove patrono.
It redit: & narrat, Vulteium nomine Menam,
Pręconem, tenui cenſu, ſine crimine a notum,
Et ꝓperare loco, et b *ceſſare, et quęrere &* c *uti,*
Gaudentem paruiſq; ſodalibus, & lare certo,
Et ludis, & poſt deciſa negotia, d *campo.*
Scitari libet ex ipſo quæcunque refers. dic
Ad cęnam veniat, non ſanè credere Mena:
Mirari ſecum tacitus. quid multa? e benignè,
Reſpõdet. Negat ille mihi? Negat ĩprobus, & te
Negligit, aut horret Vulteium mane Philippus
Vilia uendentem tunicato ſcuta popello
Occupat, & ſaluere iubet prior. ille Philippo
Excuſare laborem, & mercenaria uincla,
Quod nõ mane domũ ueniſſet, denique, quod non
Prouidiſſet f *eum. Sic ignouiſſe putato*
Me tibi, ſi cęnas hodie mecum, Vt libet. Ergo
Poſt nonam uenies, nunc rem ſtrenuus auge.
Vt uentũ ad cęnam eſt, dicẽda tacẽda loquutus,
Tandem dormitum dimittitur. hic vbi ſæpe
Occultum viſus decurrere g *piſcis ad hamum,*
Mane cliens h *& iam certus conuiua, iubetur*
Rura i *ſuburbana indictis comes ire Latinis.*
Impoſitus manis, aruum cœlumq; Sabinum
Non ceſſat laudare. videt ridetq; Philippus
Et ſibi dum requiem, dum riſus vndiq; quærit,
Dum ſeptem donat ſeſtertia, mutua ſeptem
Promittit; perſuadet uti mercetur agellum.
Mercatur. ne te longis ambagibus vltra

a Al. natum.
b Feriari: uel ĩterquieſcere.
c Vti quęſitis: qđ auari non faciunt.
d C. Mario. Vel ben. vox ẽ reſpondentis: uel iũgitur cũ Reſp. Vtrolibet, aũt modo exiſtimatur dici ab eo qui q̃uis recuſet tamẽ gratiã habeat. Nã eſſe recusãtis oſtẽdunt quæ ſeq. Philippi, Negat ille mihi? Ad q̃ Demet. Negat impr.
e Alij, Preuidiſſet.
f Quidã, prouidiſſet.
g Alleg. ubi uiſus eſt Mena ſæpe ad delicias mẽſę Phi. redire ut iã illis ineſcatus.
h Quidã Sępe teng. eum occultum.
i Al. etiam. i. ferijs Lat. quas conſul indicebat, ſeu imperabat.

Quàm

Quã ſatis eſt: morer, ex a nitido fit ruſticus, atq; a Vrbano.
Sulcos, & uinetab crepat mera; præparet ulmos: b Nibil aliud in ore habet quam ſ.
Immoritur ſtudijs, & amore c ſeneſcit habendi. c Tabeſcit.
Verum ubi oues, furto, morbo periere capellæ, d Minus reddiderunt quã ſper. Agr.
Spem d mentita ſeges, dos eſt enectus orando:
Offenſus damnis, media de nocte caballum
Arripit, iratuſq; Philippi tendit ad ædes.
Quẽ e ſimul aſpexit f ſcabrũ intõſumq. Philip- e Simulatque.
Durus (ait) Vultei nimis attẽtuſq. uideris (pus, f Horridũ impexum.
Eſſe mihi Pol, me miſerum patrone uocares,
Si velles (inquit) verum mihi g dicere nomen. g Al. ponere.
Quod h te per geniũ, dextraq;, deoſq. Penates, h Propter qđ.
Obſecro, & obteſtor uitæ me redde priori.
Qui ſimul aſpexit quantum dimiſſa petitis
Præſtent, i maturè redeat, repetatq; relicta (eſt.
Metiri ſe quenque ſuo modulo ac pede, k uerum i Ait. Philippus.

AD CELSVM ALBINOVANVM *Epiſt. VIII.*

Ad Celſum ſcribens, ſe minus animo quam corpore ualere dicit, in ſeipſo cum alia quædam uitia tum inconſtantiam reprehendens, ſed ita ut illum in perſona ſua taxare videri poſſit. A muſa autem de non ferenda immoderata, & inſolenter fortuna eum vult admoneri.

CElſo, l gaudere, et bene rẽ gerere, Albinouão k Par eſt.
Muſa rogata refer, comiti, ſcribæq. Neronis l Celſo die ſalutẽ, mei verbis. Sed Græca expreſſit, χαίρειν καὶ εὖ πράττειν.
Si quæret qd agã; dic, multa, et pulchra minãtẽ
Viuere nec rectè, nec ſuauiter. haud quia grando
Contulerit vites, oleamq; momorderit æſtus:
Nec quia longinquis armentum ægrotet in aruis
Sed quia mẽte minus validus quã corpore toto,

Nil audire velim, nil diſcere, quod leuet ęgrum:
Fidis offendar medicis, iraſcar amicis.
Cur a me funeſto properent arcere veterno:
Quæ nocuere ſequar, fugam quæ profore credã:
Romę Tibur amem ventoſus, Tibure Romam.
Poſt hæc, ut ualeat, quo pacto rem gerat, & ſe:
Vt placeat iuueni, percontare, vtque cohorti.
Si dicet, rectè: primum, gaudere, ſubinde
Pręceptum auriculis hoc inſtillare memento.
Vt b *tu fortunam, ſic nos te Celſe feremus.*

a Iraſcaram. cur prop. i. propter ea qđ prop. Vel, cur me f. &c. cum interr. verba ſunt Horatij.

b Si moderatè for. non feras, ſed ea inſoleſcas, nec nos mores tuos feremus.

AD CLAVDIVM NERONEM. Epiſt. IX.

Claudio Neroni Septimium commendat, & rogat ut in amicitiam ſuam eũ recipiat. Sed hoc verecundè facit, & ità ut ab ipſo Nerone id tanquam pro ſuo iure petere uideri non poſſit.

Septimius, Claudi nimirum intelligit unus,
Quanti me facias. nã quũ rogat, & ꝑce cogit
Scilicet, vt tibi ſe laudare, & c *tradere coner,*
Dignum mẽte domoq; legẽtis honeſta Neronis:
Munere quum fungi propioris cenſet amici;
Quid poſſim uidet, ac nouit me d *Valdius ipſo.*
Multa quidem dixi, cur excuſatus abirem:
Sed timui, mea ne finxiſſe minora putarer,
Diſſimulator opis propriæ, mihi commodus uni.
Sic ego, e *maioris fugiens opprobria culpæ,*
Frontis ad vrbanæ deſcendi f *præmia, quod ſi*
Depoſitum laudas ob amici iuſſa pudorem,
Scribe tui gregis hunc, & fortem crede bonũq;.

c Cõmẽdare.
d magis.
e Diſſimulationis.
f Præf. vrb. Hoc dicit, quaſi huc fructũ conſequantur quidam ex minus uerecunda cõmendatione, ut autoritate, & gratia valere ſe perſuadeant.

AD

AD FVSCVM ARISTIVM.
Epiſt. X.

Fuſco Ariſtio urbis amatori uitam ruſticam, qua ipſe delectabatur, laudat, & uaria eius commoda recenſet. Simul autem ab ambitione (quę uitam urbanam, non ruſticam, comitatur) eum deterret.

VRbis amatorem Fuſcum ſaluere iubemus
Ruris amatores: hac in rę ſcilicet una
Multum diſſimiles, ad cętera penè a *gemelli*
Fraternis animis quicquid negat alter, & alter,
Annuimus pariter b *ueluli notiq. columbi.*
Tu c *nidum ſeruas: ego laudo ruris amœni*
Riuos, & muſco circumlita ſaxa, nemuſq;.
Quid d *quęris? uiuo, & regno, ſimul iſta reliqui*
Quę uos ad cœlum effertis rumore ſecundo.
Vtq. e *ſacerdotis fugitiuus, liba recuſo:*
Pane egeo iam mellitis potiore placentis.
Viuere naturę ſi conuenienter oportet,
Ponendęq. domo quærenda eſt area primùm,
Nouiſtine locum potiorem rure beato?
Eſt ubi f *plus tepeant hyemes? ubi gratior aura*
Leniat, & rabiem canis, & momenta leonis,
Quũ ſemel accepit ſolem g *furibundus acutum?*
Eſt ubi h *diuellat ſomnos minus inuidia cura?*
Deterius Libycis olet, aut nitet herba lapillis?
Purior in uicis aqua tendit rumpere plumbum,
Quam q̃ ꝑ pronũ trepidat cum murmure riuũ?
Nempe i *inter uarias nutritur ſylua columnas,*
Laudaturq. domus longos quę proſpicit agros.
Naturam expellas furca, tamen uſq. recurret,

a Pares maxime, & ſimiles.
b Tãquã uer.
c Te domo tua incluſũ tenes.
d Q. d. Quid maius tibi poſſum dicere, q̃ hoc, quod uiuo, &c.
e Idem facio qđ fac ſeruus qui excuſſo domini iugo, pane cõtẽtus eſt,
f Minus ſunt frigidæ.
g Veſanum uocat oda 29. lib. 3.
h Al. depellat.
i Q. d. Hoc quidem certè mihi fatẽberis, in ipſa ẽt urbe ſyluas inter col. verſicolores nutriri, & placere domũ, q̃ proſpectũ habeat in agros. Vnde apparet quo nos impellat natura, q̃tumuis homi nũ faſt. ei reſiſtere conẽtur.

Et mala perrumpet furtim faſtidia uictrix.
Non qui Sidonio contendere callidus oſtro
Neſcit Aquinatem potentia vellera fucum
Certius accipiet damnum, propiuſve medullis,
Quàm qui non poterit uero diſtinguere falſum.
Quem res plus nimio delectauere ſecundæ,
Mutatæ quatient. a *ſiquid mirabere, pones*
Inuitus fuge magna: licet ſub paupere tecto
Reges, & regum uita præcurrere b *amicos.*
Ceruus equum pugna melior cõmunibus herbis,
Pellebat: donec c *minor in certamine longo*
Implorauit opes hominis, frænumque recepit.
Sed poſtquam uictor d *uiolens diſceſſit ab hoſte.*
Non equitem dorſo, non frænum depulit ore.
Sic, qui pauperiem ueritus, potiore metallis
Libertate caret, dominũ uehet e *improbus, atq;*
Seruiet æternum: quia parua neſciat uti.
Cui f *non conueniet ſua res, ut calceus* g *olim,*
Si pede maior erit, ſubuertet, ſi minor, h *uret.*
Lętus forte tua uiues ſapienter Ariſti:
Nec me dimittes incaſtigatum, ubi plura
Cogere quàm ſatis eſt, ac non ceſſare uidebor.
Imperat aut ſeruit collecta pecunia cuique
Tortũ i *digna ſequi potius quàm* k *ducere funẽ*
Hęc tibi dictabam poſt fanum putre Vacunæ,
Excepto quòd non ſimul eſſes, cętera lætus.

a Si quid magni facies, uel ſi quid erit tibi egregie charum ponit. in uit.
b Gratioſos hoĩes apud reges.
c Inferior, imbecillior.
d Violentus.
e Aſſidue, perpetuò.
f Non con. qđ plus minuſve habeat quam ſatis ſit.
g Aliquando.
h Vret, Dolore afficiet, nimium premẽdo.
i Hoc eſt, ſeruire potius q̃ imperare, Trahere,

AD BVLLATIVM. Epiſt. XI.

Ad uitę beatitudinem nihil intereſſe dicit, quo quis loco habitet quum hæc ab animi tranquillitate pendeat. Docet etiam, de quopiam loco aut aliquo uitæ genere non debere a nobis iudicium fieri ex commodis aut incommodis, quæ in ijs ſenſerimus.

QVid tibi uiſa Chios, Bullati, notaq; Lesbos
Quid concinna Samos? quid Crœſi regia Sardis?
Smyrna quid, & Colophon? maiora minorave fama?
Cunctane præ a *campo, & Tiberino flumine* b *ſordent?*
An c *uenit in uotũ Attalicis ex urbibus una?*
An Lebedũ laudas, odio maris atq; uiarum?
Scis, Lebedus quàm ſit Gabijs deſertior atque
Fidenis uicus, tamen illic uiuere d *uellem,*
Oblituſq; meorum, obliuiſcendus, & illis,
Neptunum procul è terra ſpectare furentem.
Sed neque, qui Capua Romam petit imbre lutoq́.
Aſperſus, uolet in caupona uiuere, nec qui
Frigus collegit, furnos, & balnea laudat,
Vt fortunatam plenè pręſtantia uitam.
Nec, ſi te ualidus iactauerit Auſter in alto,
Idcirco nauem trans Aegæum mare e *uendas.*
Incolumi f *Rhodos, & Mitylene pulcra facit, quod*

a Martio
b Nihili ſunt.
c Optatura te habitatio in una ex Aſiaticis urb.
d Non recuſarem.
e Vendere debeas.
f Qui animo ualet, qui eſt animo bene compoſito, ei non magis prodeſt Rhod. & Mityl. quam pen.

Penula ſolſtitio, campeſtre niualibus auris,
Per Brumam Tiberis, Sextili menſe caminus.
Dum a licet, et vultum ſeruat fortuna benignū,
Romę laudetur Samos, et Chios, et Rhodos abſēs.
Tu, quamcunque deus tibi fortunauerit horam,
Grata ſume manu: nec dulcia differ in annum:
Vt quocunque loco fueris, uixiſſe libenter
Te dicas. nam ſi ratio, & prudentia curas,
Non locus effuſi late maris arbiter, aufert:
Cęlum non animū mutāt qui trans mare currūt.
Strenua nos exercet inertia: nauibus atque
Quadrigis petimus bene viuere. qđ petis, b hic
Eſt Vlubris: animus ſi te non deficit c ęquus. (eſt.

a Dum p fortunam tibi licet Roma frui ibi mane, licet placeat tibi Sa. &c.

b Cic. Magna mutatio loci non ingenij.

c Domi, in Patria Tranquillus.

AD ICCIVM, Epiſt. XII.

Iccio eas eſſe facultates dicit, quibus ſi recte fruatur, ne ab ipſo quidem Ioue ditiorem effici poſſe. innuens nimirum tantum eſſe diuitem vnumqueaque quantum rebus utitur. Eius exemplo, mirum non debere uideri quod de Democrito narratur. Suadet illi ut Groſphum in familiaritatem ſuam recipiat. Quo in ſtatu ſint res Romanę, certiorem facit.

FRuctib⁹ Agrippę Siculis, quos colligis, Icci
Si rectè fueris, d non eſt ut ut copia maior
Ab Ioue donari poſſit tibi. tolle querelas.
Pauper enim non eſt cui rerum ſuppetit vſus.
Si uentri bene, ſi lateri eſt pedibuſq; tuis, nil
Diuitię poterunt regales addere maius.
Si forte in medio poſitorum e abſtemius herbis
Viuis, & urtica, f ſic uiues protinus, ut te
Confeſtim liquidus Fortunę riuus inauret:
Vel quia natura nominare pecunia neſcit,

d Gr. more, p Fieri non poteſt ut.

e Quidā abeſt. iung. cū poſ.

f Sic uiues et deinceps (. i. ę que parco uicti contentus eris) etiā ſtatim ſuperueniēs for. riuus inauret.

Vel

Vel quia cuncta putas una uirtute minora.
Miramur ſi Democriti pecus edit agellos,
Cultaq; dũ peregre eſt aĩus ſine corpore uelox.
Quum tu inter ſcabiem tantam, et cõtagia lucri,
Nil paruum ſapias, & adhuc ſublimia cures?
Quę mare a *compeſcant cauſę, quid tẽperet annũ*
Stellę ſponte ſua iuſſę ne uagentur, & errent,
Quid premat obſcurum Lunę, qd proferat orbẽ:
Quid uelit, & poſſit rerum concordia diſcors:
Empedocles, an Stertinij deliret acumen.
Verùm b *ſeu piſces, ſeu porrũ, & cępe trucidas,*
Vtere Pompeio Groſpho: & ſiquis petet, ultro
Defer. nil Groſphus niſi uerum orabit, & ęquũ.
Vilis c *amicorum eſt annona, bonis ubi qd deeſt.*
Ne tamen ignores quo ſit Romana loco res,
Cantaber, Agrippę, Claudi uirtute Neronis
Armenius cecidit. ius imperiumq; Phraates
Cęſaris accepit genibus minor aurea fruges
Italiæ pleno diffudit copia cornu.

a Comprimãt ne terras obruat.

b Siue opiparè ſiue parcè uiuis.

c Non magno conſtãt amici, quũ uiris bo. aliquid deeſt. Virorum bo. quum inopia ꝑmuntur, amĩcitia non magno emitur. Vide num poſſit ĩtelligi, ubĩ quid deeſt bonis. i. ubi non adſunt ea bona quę ſatis eſſe poſſint.

AD VINNIVM ASELLAM. *Epiſt. XIII.*

A Vinnio petitur in offerendis Auguſto ſuis libris, & temporis, & decori rationem habeat.

VT proficiſcentem docui te ſępe diuq;
Auguſto reddes ſignata uolumina Vinni,
Si ualidus, ſi lętus erit, ſi denique poſcet.
Ne ſtudio noſtri preces, odiumq; libellis
Sedulus c *importes opera uehemente miniſter.*
Si te forte meę grauis uret ſarcina chartę,

d Sed min. op. ut Tãta ſedulitate utens ut etiam urgere uelis.

Abijcito

Abijcito potius, quàm quò perferre iuberis.
Clitellas ferus impingas: Aſinæq; paternum
Cognomen uertas in riſum, & fabula ſtas.
Viribus vteris per cliuos, flumina, lamas.
Victor a propoſiti ſimulac per veneris illuc,
Sic poſitum ſeruabis onus, ne forte ſub ala
Faſciculum portes librorum, ut ruſticus agnum,
Vt Vinoſa glomos furtiuæ Pyrrhia lanæ:
Vt cum pileolo ſoleas conuiua tribulis.
Ne vulgo narres te ſudauiſſe ferendo
Carmina, quæ poſſunt oculos aureſq. b morari.
Cæſaris oratus multa prece, nitere porro.
Vade, uale: caue ne titubes, mandataq; frangas.

a Itinere confecto ex animi ſententia.

b Detinere oculos, dicit Naſo.

AD VILLICVM SVVM. Epiſt. XIIII.

Villici ſui deſiderium reprehendit, cupientis ob lupanaria & popinas in urbe uiuere, & interim inconſtanter faſtidientis rura, quæ antea tacita prece petijſſet. Cur autem contra uitam ruſticam urbanę præferat, exponit. Sed illum more hominum facere dicit, ut alienam ſortem ſuæ præferat.

VIllice ſyluarũ, & mihi me reddẽtis agelli;
Quẽ tu faſtidis, habitatũ quinq. c focis, et
Quinq. bonos ſolitum d Bariã dimittere patres.
Certemus, e ſpicas animone ego fortius an tu
Euellas agro, & melior ſit horatius, an res.
Me quamuis Lamiæ pictas, & cura moratur,
Fratrem mærentis f rapto de fratre dolentis
Inſolabiliter: tamen iſtuc mens animuſq;
Fert, & amat ſpatijs obſtãtię rumpere clauſtra.
Rure ego uiuentem, tu dicis in urbe, beatum.

c Quinque familijs ſeparatis.

d Al. Variam.

e curas.

f Ita acerbè, ut nullus conſolationi locus ſit.

Cui placet alterius ſua nimirum eſt odio ſors.
Stultus uterq; locum immeritum cauſatur inq;
In culpa eſt animus, qui ſe non a *effugit unquã*
Tu b *mediaſtinus tacita prece rura petebas,*
Nunc urbem, & ludos, & balnea villicus optas.
Me c *conſtare mihi ſcis, & diſcedere triſtem,*
Quandocunque trahunt inuiſa negotia Romam.
Non eadem miramur: eo diſconuenit inter
Meq; & te. nã quæ deſerta et inhoſpita d *teſqua*
Credis, amæna uocat, mecum qui ſentit: & odit,
Quę tu pulchra uocas. fornix tibi, et ũcta popina
Incutiunt f *urbis deſiderium: (uideo) & quod*
Angulus iſte feret piper, & thus ocyus uua:
Nec uicina ſubeſt uinum g *præbere taberna*
Quæ poſſit tibi: nec meretrix tibicina, cuius
Ad ſtrepitũ ſalias terrę grauis. & h *tamẽ urges*
Iam pridem non tacta ligonibus arua: bouemq;
Diſiunctum curas, & i *ſtrictis frondib. exples.*
Addit k *opus pigro riuus, ſi decidit imber,*
Multa l *mole docendus aprico parcere prato.*
Nunc, age, quid noſtrũ concentum diuidat, audi
Quem tenues decuere togę, nitidiq; capilli,
Quem ſcis immunem Cynarę placuiſſe rapaci,
Quem m *bibulũ liquidi media de luce Falerni.*
Cęna breuis iuuat, & prope riuũ ſõnus in herba
Nec luſiſſe pudet, ſed non n *incidere ludum.*
Non o *iſtic obliquo oculo mea cõmoda quiſquã*
Limat, p *non odio obſcuro, morſuque* q *venenat:*
Rident vicini glebas, & ſaxa mouentem.
Cum ſeruis vrbana diaria rodere mauis.

a Sic O. 16. li. 2. patriæ quis exul. Se quoque fugit?
b Med. ſeruus Attiẽſis quidã de ſeruo balneatoris.
c C In ſententia manere.
d Deſerta loca inculta.
e Lupanar.
f Inijciunt.
g Suppeditare.
h Quam uia agrum meum faſtidias.
i Stringendo ſucciſis.
k Negotiũ tibi exhibet.
l Multis molibus oppoſitis
m Bibacem.
n Finire.
o Ruri.
p Quidã exp. Alterit, ſiue Minuit.
q Corrumpit.

Horum

Digitized by Google

Horum tu in numerum uoto ruis inuidet vſum
Lignorũ, & pecoris tibi calo a argutus, et horti.
Optat b ephippia bos piger, optat arare caballus.
Quã ſit uterq; libẽs, cenſebo, exerceat artẽ.

a Callidus
b Prouer. i. eos g munus ad quod apti sũt faſtidiũt, alienum ad quod ſunt inepti, poſcunt.

AD VALLAM. Epiſt. XV.

Quod Veliam, & Salernum proficiſci cogitet, quæ ibi ſit hyems & quale cælum, percontatur, ſed ſe non ita ſalubritatis rationem haberet innuit, ut non etiam aliquam uoluptatis habere uelit.

Qvę c ſit hyẽs Veliç, qđ cęlũ Vala, Salerni
Quorũ hoĩum regio, & qualis uia (nã mi
Muſa ſupuacuas Antoni[9], et tamẽ illis) hi Baias
Me facit inuiſum, gelida quum perluor unda
Per medium frigus, ſanè myrteta relinqui,
Dictaq. ceſſantem neruis elidere morbum
Sulfura contemni, uicus gemit, inuidus ægris.
Qui caput, & ſtomachũ ſupponere fontib. audẽt.
Cluſini, Cabioſq. petunt, & frigida rura.
Mutandus d locus eſt, & diuerſoria nota
Pręter agẽdus equ[9] quò tendis? nõ mihi Cumas
Eſt iter, ut Baias lęua ſtomachoſus habena
Dicet e eques: (ſed equi frenato eſt auris in ore)
Maior utrum populum frumenti copia paſcat
Collectoſne bibant imbres, puteoſne perennes
Dulcis aquę. nam uina nihil moror illius orę.
Rure meo poſſum quiduis perferre patiq;.
Ad mare quum ueni, generoſum, & lene requiro,
Quod curas abigat, quod cum f ſpe diuite manet
In uenas animumq; meũ: quod uerba miniſtret.
Quod me Lucanę iuuenem commendet amicę.

c Iũgũtur hęc verſui 25. Scribere te &c. sũt que ĩterruptę interrog. uſq; ad v. 14. Maior, &c.
d Alius locus adeundus mihi eſt.
e Dicet eques ſuo equo, ad diuerſoria nota tendenti, ſed quod impetrares ab equo (nimirũ ut uellet pter gredi) ſi eius auris tua uerba ĩtelligeret, id impetrare potes ab ore, quod fræno patere cogi turi. Sic O. 12. lib. 4. de uinicado.
f Spes donare nouas largus, amaraq; Curarum eluere ef.

Tractus

Tractus vter plures lepores, vter educet apros.
Vtra magis piſces, & echinos æquora celent:
Pinguis ut inde domũ poſſim Phæaxq; reuerti:
Scribere te nobis, tibi nos ac credere par eſt
Menius, ut rebus maternis atque paternis
Fortiter abſumptis, vrbanus cępit haberi,
Scurra vagus, non qui certũ a præſepe teneret, a Alienas mẽſas ſectans, modo hanc, modo illam.
Impranſus non qui ciuem dignoſceret hoſte:
Quęlibet in quemuis opprobria fingere ſęuus:
Pernicies, & tempeſtas baratrumque macelli,
Quicquid quæſierat, uentri donabat auaro.
Hic ubi nequitię fautoribus, & timidis nil
Aut paulum obſtulerat, patinas cęnabat omaſi
Vilis & agnini, tribus urſis quod ſatis eſſet.
Scilicet b *ut uentres lamna candente nepotum* b Ita ut nepotum uentres quouis crucia tu dignos eſſe diceret Lãna ꝑ lamina.
Dicere urendos, correctus, Menius idem
Quicquid erat nactus prędæ maioris, ubi omne
Verterat in fumũ, & cinerem, Nõ hercule miror
(Aiebat) ſiqui c *comedunt bona: quum ſit obeſo* c C. bona, ut faciunt quos modo dixit ne potes.
Nil melius turdo, nil vulua pulchrius ampla.
Nimirũ hic ego ſum nã tuta, & paruula laudo.
Quum res deficiunt, ſatis inter vilia fortis:
Verum ubi quid melius contigit, & unctius, idẽ
Vos ſapere, & ſolos aio bene uiuere, quorum
Conſpicitur nitidis fundata pecunia uillis.

Digitized by Google

AD QVINTIVM. Epiſt. XVI.

Poſtquam agri ſui formam, & ſitum Quintio deſcripſit, in eoq; iucunde ſe uiuere dixit, in eius uitam inquirit, monetque ne ex rumore vulgi pendeat, ſed vir bonus eſſe quam uideri malit. Deinde quis demum viri boni nomine dignus ſit, oſtendit.

NE percōteris, fundus meus optime Quinti,
Aruo paſcat herū, ā baccis opulētet oliuæ,
Pomiſne, & pratis, an amicta uitibus ulmo:
Scribetur tibi forma loquaciter, & ſitus agri.
Continui montes, niſi diſſocientur opaca
Valle: ſed ut ueniens dextrum latus aſpiciat ſol,
Læuum diſcedens curru fugiente a uaporet.
Temperiem laudes quid ſi rubicunda benignè
Corna uepres, et pruna ferant? ſi quercus, et ilex,
Multa fruges pec⁹, multa dominū iuuet umbra?
Dicas adductum proprius frondere Tarentum.
Fons etiam riuo dare nomen idoneus, ut nec
Frigidior Thracam, nec purior ambiat Hebrus.
Infirmo capiti fluit utilis, utilis, aluo.
Hæ b latebræ dulces, etiam (ſi credis) amenæ
Incolumē tibi me præſtant Septembribus horis.
Tu c recte uiuis, ſi curas eſſe quod audis.
Iactamus iampridem omnis te Roma beatum.
Sed uereor ne cui de te plus quàm tibi credas:
Neve putes d alium ſapiente bonoq; beatum.
Neu, ſi te populus ſanum recteque ualentem
Dictitet, occultam febrem ſub tempus edendi
Diſſimules, donec manib. tremor incidat unctis.
Stultorum incurata pudor malus ulcera celat.
Siquis bella tibi terra pugnata mariq;

a Tepefaciat. vel calefaciat, ut uapor calore.

b Hic meus receſſus, q mihi dulcis atq; adeo amænus eſt.

c Q. d. Ad tuā aūt vita quod attinet.

d Aliū a ſap. uel quam ſapiente.

Dicat,

Dicat,& his uerbis uacuas permulceat aures,
Tene a magis ſaluũ populus uelit,an populũ tu,
Seruet in ambiguo,qui conſulit,& tibi,& urbi,
Iupiter.Auguſti laudes agnoſcere poſſis?
Quum pateris ſapiens emendatuſq́; uocari,
Reſpondeſne tuo,dic ſodes,nomine? nempe
Vir bonus,& prudens dici delector ego ac tu.
Qui dedit hoc hodie,cras,ſi uolet,auferet,ut ſi
Detulerit faſces indigno,detrahet idem.
Pone meum eſt,inquit;pono,triſtiſq́; recedo.
Idem ſi clamet furem,neget eſſe pudicum,
Contendat laqueo collum preſſiſſe paternum;
Mordear opprobrijs falſis? c mutemq́ue colores?
Falſus honor iuuat, & mendax infamia terret.
Quẽ? niſi mẽdoſum,et mẽdacẽ? uir bonus eſt quis
Qui conſulta patrum, qui leges iuraq́; ſeruat:
Quò multę magnęq́; d ſecantur iudice lites,
Quo reſponſore,& quo cauſæ teſte tenentur.
Sed uidet hunc omnis domus,& uicina tota
Introrſum,turpem,ſpecioſum pelle decora.
Nec furtum feci,nec fugi,ſi mihi dicat
Seruus.Habes pretium,loris non e vreris, aio.
Non hominẽ occidi. Nõ paſces in cruce coruos.
Sũ bonus,et frugi,Renuit negat atq; f Sabellus
Cautus enim metuit foueam lupus,accipiterq́ue
Suſpectos laqueos,& opertum miluius hamum.
Oderunt peccare boni uirtutis amore.
Tu nihil admittes in te formidine pœnę;
Sic ſpes fallendi,miſcebis ſacra profanis.
Nam de mille fabę modijs quum ſurripis unũ.

a Tenem. Hic verſus, & ſequens, exiſtimãtur eſſe alicuius pœtæ Auguſto adulantis.

b Depone magiſtratũ, inqt populus. Depone hanc rẽ a me datam.

c Expalleſcã.

d Dirimũtur.

e Cederis.

f Ego Horati⁹ Sabellus nego te dicẽdũ bo. quod hom. nõ occideris.

Damnum

Damnũ a eſt, non facinus mihi pacto lenius iſto,
Vir bonus, oẽ forũ quem ſpectat, et oẽ tribunal;
Quandocunque deos uel porco, uel boue placat:
Iane b pater, clarè clarè quum dixit, Apollo,
Labra mouet, metuens audiri: pulchra Lauerna
Da mihi fallere, da iuſtum ſanctumq; uideri.
Noctem peccatis, & fraudibus obijce nubem.
Quo c melior ſeruo quo liberior ſit auarus,
In triuis fixum quum ſe demittit ob aſſem,
Non uideo. nam qui cupiet, metuet quoq; porrò:
Qui metuens viuit, liber mihi non erit unquam.
Perdidit arma, e locum uirtutis deſeruit, qui
Semper in augenda feſtinat, & obruitur re,
Vendere quum poſſis captiuum, f occidere noli:
Seruiet vtiliter ſine paſcat herus, aretq;
Nauiget, ac medijs hyemet mercator in undis:
Annonę proſit, portet frumenta penuſq;.
Vir bonus, & ſapiens audebit dicere, Penthev,
Rector Thebarum, quid me perſpicere patiq;
Indignum coges? Adimã bona. Nẽpe pecus, rẽ,
Lectos, argentum. tollas licet. In manicis, &
Compedibus ſępe te ſub cuſtode tenebo.
Ipſe deus, ſimulatq;, volam, me ſoluet. Opinor,
Hoc ſentit, Moriar: mors g ultima linea rerũ eſt.

a A peccato abſtinebis, dum formidabis pęna, atſi, ſpes ſit fall. i. latendi. Al. Eſt dũ le uiꝰ mihi, nõ facinus tñ eſto. ex accurſio Fl. Vbi dare lanũ vel Apoll. inuocauit, illis relictis precatur L. ſummiſſa uoce. Vel Iani qdẽ, & Ap. nomẽ clarè ꝓfert, ſed q̃ addit nõ vult audiri. Vide an. Al. Qui mel. Sic eſt P.
c eſt λειποτάκτυς.
d Nõ ẽ occidẽdꝰ auarus, quẽ captiuũ tenet pec. ſed adhibẽdꝰ eſt ſerui lib. miniſter.
e Cõtra uirib. & ſ. aud. Ex Eut. Bacchis.
f Nimirũ bona uocas, pec. r. Vel ꝑ interr. Alij iung. cũ præc.
g Vlt. l. finis Met. a pict.

Digitized by Google

AD SCAEVAM. Epiſt. XVII.

Scæuam monet ne potentiorum amicitias ſpernat, atque ut in ſuo uitæ genere Ariſtippum potius quam Diogenē imitetur. Ad principum amicitias peruenire, & illorum fauorem, ac liberalitatem emereri non cuiuſuis eſſe, & quanta ſit arte opus hac in re, docet.

Quāuis Scęua ſatis ꝑ te tibi cōſulis, et ſcis
Quo tandē pacto deceat maioribus a vti
Diſce, docēdus adhuc, quæ cenſet amiculus, ut ſi
Cæcus iter monſtrare uelit. tamen aſpicæ b ſiqd
Et nos, quod cures proprium feciſſe, loquamur.
Si te grata quies, & primam ſomnus in horam
Delectat, ſi te puluis ſtrepituſq; rotarum,
Si lędit caupona: Ferentinum ire iubebo.
Nam neque diuitibus contingunt gaudia ſolis.
Nec uixit malè, c qui natus morienſq; fefellit.
Si prodeſſe tuis, pauloq; benignius ipſum
Te tractare uoles, accedes ſicut ad unctum.
Si pranderet olus patienter, regibus uti
Nollet Ariſtippus. Si ſciret regibus uti
Faſtidiret olus, qui me notat. Vtrius horum
Verba promes, & facta, doce: vel, iunior audi
Cur ſit Ariſtippi potior ſententia. nanque
Mordacem Cynicum ſic d eludebat (vt aiunt)
Scurror ego ipſe e mihi, populo tu. rectius hoc, et
Splēdid⁹ multo eſt, f equ⁹ ut me portet, alat rex
Officium facio tu poſcis g uilia, uerum es
Dante minor, quanuis fers te nullius egentem.
Omnis Ariſtippū decuit color, & ſtatus, & res,
Tentantem maiora, fere præſentibus ęquum.

a Vti amicitia & famil. potētorū. Sic mox Regibus uti.
b An aliquid.
c Qui uixit ita obſcurus, & ignotus, ut ei⁹ & ort⁹ & mors homines latuerint. Iuxta illud Epic. λαθεβιώσας,
d Riſu, & ioco refellebat.
e Mihi. i. ī meum cōmodū, tu pop. i. ī gratiam populi, ut ei riſum moueas.
f Prouer. quo ſignificabat q dam ſe cōmode uiuere, qppe, q alienis ped. iter faceret, aliena quadra paſceretur.
g Al. uina regum.

Contrà, quem duplici panno patientia uelat,
Mirabor vitæ uia ſi conuerſa decedit.
Alter purpureum non expectabit amictum,
Quidlibet indutus celebrima per loca uadet,
Perſonamq; feret non inconcinnus vtranque.
a Diogenes. *Alter a Mileti textam cane peius, & angue*
Vitabit chlamyden morietur frigore, ſi non
Rettuleris pannum. refer, & ſine uiuat ineptus.
Res gerere, & captos oſtendere ciuibus hoſtes,
Attingit ſolium Iouis, & celeſtia tentat.
b Q. d. Q͞d ſi eſt, non uir in laude poni debet, plac. *Principibus* b *placuiſſe uiris, non vltima laus ẽ*
Non cuiuis homini contingit adire Corinthum.
c Sic dicitur ſuperſedere aliquo labore. *Sedit* c *qui timuit ne ſuccederet. eſto.*
Quid? qui peruenit, fecitne viriliter? atqui
Hoc eſt, aut nuſq̃, q͞d quęrimus hic onus horret,
Vt paruis animis, & paruo corpore maius.
d Alter. *Hic* d *ſubit, et perfert. aut uirtus nomẽ inane eſt,*
e Honorem. *Aut* e *decus, & p̃tiũ rectè petit* f *experiens uir.*
f Vſu peritus.
g Amico potentiore. *Coram* g *rege ſuo de paupertate tacentes,*
Plus poſcente ferent diſtat ſumaſne pudenter,
h Nõ firmus in ſuppeditandis alimentis firmitatem, & conſtantiam in ea re non ſeruans. *An rapias. atqui rerum caput hoc erat, hic fons.*
Indotata mihi ſoror, eſt paupercula mater,
Et fundus nec vendibilis, nec paſcere h *firmus,*
Qui dicit, clamat, uictum date. ſuccinit alter,
Et mihi diuiduo findetur munere quadra
i Op. In Calabria. *Sed tacitus paſci ſi poſſet coruus, haberet*
Plus dapis, & rixæ multo minus inuidiæq;
K Opp. in Campania. *Brundiſium* i *comes* k *Surrentũ dictus amœnũ,*
l Furtum ablata. Furtim. *Qui q̃ritur ſalebras, et acerbũ frigus, & imbres,*
Aut ciſtã effracta, & l *ſubducta uiatica ploras.*

Nota

Nota a refert meretricis acumina, ſępe b catellā
Sępe periſcelidem raptam ſibi flentis, uti mox
Nulla fides damnis uerisq́ doloribus adſit.
Nec ſemel irriſus, triuijs c attollere curat
Fracto crure planum, licet illi plurima manet
Lacryma; per ſanctum iuratus dicat, Oſirim,
Credite: non ludo, crudeles tollite claudum.
Quęre peregrinum, uicinia rauca reclamat.

a Imitatur.
b Paruam catenam.
c Alludit ad prou. Tollat re, qui non nouit. Aptè legeretur, curet. Vti mox nulla f adſit, nec ſ. irr. curet.

AD LOLLIVM. Epiſt. XVIII.

Quæ ad conſeruandam amicitiam facienda ſint, q̃ item vitanda, ac præſertim quomodo quis erga potentiorem amicum gerere ſe debeat, Lollium docet. Initium autem ſumit ab ijs, qui dum tenere modum non norunt, vel ſcurrarum potius quam amicorum fungi officio videntur, vel aſperitate agreſti (quam libertatē meram, & virtutem veram haberi volunt) vtuntur. Poſtremò eum ad quærenda illa ex quibus tranquillitatem vitæ conſequi poſſit, hortatur.

SI benè te noui, metues, liberrime Lolli,
Scurrantis d ſpeciem p̃bere, ꝓfeſtus amicū
Vt matrona meretrici diſpar erit atque
Diſcolor, infido ſcurrę diſtabit amicus.
Eſt huic diuerſum uitio uitium propè maius,
Aſperitas agreſtis, & e inconcinna, grauiſque,
Quę f ſe comendat tonſa cute, dentibus atris.
Dum vult libertas mera dici, ueraque uirtus
Virtus eſt mediū uitiorū, & g utrinq. reductum.
Alter, in obſequium plus ęquo pronus, & h imi
Deriſor lecti ſic nutum diuitis horret,
Sic iterat uoces, & uerba cadentia tollit,
Vt puerum ſęuo credas dictata magiſtro
Reddere, uel partes mimum tractare ſecundas.

d Aſſentationis.
e Inuenuſta inſuauis.
f Laudem aucupatur.
g Ab vtroque extremo remotum. Media eſt inter vitia.
h Imi. d. l. Accumbentium, in imo lecto, vbi & ipſe Po.

Alter rixatur de lana ſępe caprina,
*Propugnat,nugis armatus: Scilicet,*a *vt non*
Sit mihi prima fides,& uerè quod placet,ut non
Acriter elatrem,pretium ætas altera ſordet.
Ambigitur qd enim? Caſtor ſciat an Docilis plus
Brūdiſium Numici melius uia ducat,an Appi.
Quem damnoſa Venus,quē pręceps alea nudat,
Gloria b *quem ſupra uires,& veſtit,& nugit :*
Quem tenet argenti ſitis importuna fameſq́; ,
Quem paupertatis pudor,& fuga:diues amicus,
Sępe decem uitijs inſtructior,odit,& horret.
Aut,ſi non odit,regit:ac,veluti pia mater,
Plus quàm ſe ſapere, & virtutibus eſſe priorem
*Vult:& ait propè uera,*c *Mea (contendere noli)*
Stultitiam patiuntur opes:tibi paruula res eſt.
Arcta d *decet ſanum comitē toga: deſine mecū*
Certare. Eutrapelus cuicunque nocere uolebat,
Veſtimenta dabat pretioſa.beatus enim iam
Cū pulchris tunicis ſumet noua cōſilia, & ſpes.
Dormiet in lucem:ſcorto poſtponet honeſtum
Officium:nummos alienos e *paſcet:ad imum*
Thrax erit,aut olitoris aget mercede caballum.
Arcanum neque tu ſcrutaberis vllius unquam:
Commiſſumq́; teges,& vino tortus,& ira.
Nec tua laudabis ſtudia,aut aliena reprendes:
Nec quum uenari uolet ille, poemata panges.
Gratia f *ſic fratrum geminorū,Amphionis atq;*
Zethi, diſſiluit donec ſuſpecta ſeuero
Conticuit lyra, fraternis ceſſiſse putatur
Moribus Amphion:tu cede potentis amici.

a Nolim me rere alt. ętatē, ut non liceat mihi latratu meo obtinere, quod plu. Si ętas altera mihi ꝓponatur ſilentij pretium, ſordebit.

b Quē gloriæ amor cogit veſtitu ſumptuoſiore, & unguento largiore uti.

c Al. Mihi cōtendere noli. vt ſi, pro mecum.

d Veſtitus parui pretij cum ſanitate mentis dēt eſſe cōiunctus: non admittit ſtultitiam. Vel per hypal.

e Augebit,ſeu amplificabit, fœnus addendo. Quidam vul. malè, poſcet.

f amicitia diſſoluta eſt ex ſtudiorū diſſimilitudine.

Lenibus

Lenibus imperijs quotieſq; educet in agros
Aetolis onerata plagis iumenta, caneſq;,
Surge, & inhumanæ a *ſeniem depone Camœnæ.*
Cœnæ, ut pariter pulmenta laboribus empta:
Romanis ſolenne viris opus, vtile famæ,
Vitæq; & membris præſertim quum ualeas, &
Vel curſu ſuperare canem, uel uiribus aprum
Poſſis. adde, virilia quod ſpecioſius arma
Non eſt qui tractet. ſcis quo clamore coronæ
Prælia ſuſtineas campeſtria denique ſęuam
Militiam puer, & Cantabrica bella tuliſti,
Sub duce, qui templis Parthorum ſigna refixit,
Et nunc, ſiquid abeſt, Italis adiudicat armis.
Ac ne te retrahas, & inexcuſabilis abſis:
Quanuis nil b *extra numerum feciſſe modumq;*
Curas, interdum nugaris rure paterno.
Partitur lintres exercitus: Actia pugna
Te duce per pueros hoſtili more c *refertur.*
Aduerſarius eſt frater, lacus, Adria, donec
Alterutrum uelox uictoria fronde coronet.
Conſentire ſuis ſtudijs qui crediderit te,
Fautor utroq; tuum laudabit d *pollice ludum.*
Protinus ut moneam (ſiquid monitoris eges tu)
Quid de quoq; uiro, & cui dicas, ſępe uideto.
Percontatorem fugito nam garrulus idem eſt.
Nec retinet patulę commiſſa fideliter aures.
Et ſemel emiſſum uolat irreuocabile uerbum.
Non e *ancilla tuum iecur ulceret ulla puerve,*
Intra marmoreum venerandi limen amici,
Ne dominus pueri pulchris charęve puellę

a Seueritatē; qualis eſt ſenum, qui ab omni relaxatione animi abhorrent.

b Ineptè, uel cōtra decorū ꝑ metaph. Sic alibi illa coniungit.

c R. ſimulatē vel repręsētatur.

d Sic dicitur referre ſpeciē e Poll. utroq; cōpreſſo. Nā premere poll. geſtus erat fauentis, teſte Plin. Alij pro Vtraq; manu & vt ſit, Applaudes tibi.

Munere te paruo beat, aut incõmmodus angat.
Qualẽ commendes, ẽt atq; etiam aſpice: ne mox
Incutiant aliena tibi peccata pudorem.
Fallimur, & a quõdã nõ dignũ b *tradimus ergo.*
Quem ſua culpa premet, deceptus omitte tueri:
Vt penitus notum, ſi tentent crimina ſerues,
Tuteriſq; tuo fidentem præſidio: c *qui*
Dente Theonino quum circum roditur, ecquid
Ad te poſt paulo ventura pericula ſentis?
Nam tua res agitur, paries quũ proximus ardet
Et neglecta ſolent incendia ſumere vires.
Dulcis inexpertis cultura potentis amici:
Expertus metuit tu, d*dum tua nauis in alto eſt,*
Hoc age, ne mutata retrorſum te ferat aura.
Oderunt hilarem triſtes triſtemq; iocoſi:
Sedatum celeres, agilem gnauumq; remiſſi,
Potores e *bibuli media de* f *nocte Falerni*
Oderunt porrecta negantem pocula: quamuis
Nocturnos iures te formidare uapores.
Deme g *ſupercilio, nubem plerumque modeſtus*
Occupat h *obſcuri ſpeciem, taciturnus acerbi.*
Inter cuncta leges, & percunctabere doctos,
Quam ratione queas traducere leniter æuum:
Ne te ſemper inops agitet vexetq; cupido,
Ne pauor, & rerum mediocriter vtilium ſpes.
Virtutem doctrina paret, natura ne donet:
Quid minuat curas, quid te tibi reddat amicum,
Quid purè tranquillet; honos, an dulce lucellum,
An ſecretum iter, & fallenti ſemita uitæ.
Me quoties i *reficit gelidus Digentia riuus,*

a Ne anc. vel pueri amore capiaris: ne dominus illam, vel illum tibi dãs, beneficij magni loco numeret, qd paruũ eſt, uel recuſans, & tibi cõmodum ſe non pbens, animũ tuum angat.
b Q. interdũ Tr. commendamus.
c In quem immerentẽ quũ maledicta iaciuntur, non uie idẽ periculum tibi impẽdere ſentis?
d Dum in curſu es.
e Bib. potores
f Al. luce.
g A. ferè vultu triſtitiam. Ne ſit tibi vultus tetricus.
h Obſc. Quidam exp. recti, qui.
i Animum recreat, ſeu relaxat.

Quam

Quam Mandela bibit, rugoſus frigore pagus:
Quid ſentire putas? quid credis amice precari?
Sit mihi, quod nũc eſt, ẽt minus: a ut mihi viuã
Quod ſupereſt æui, ſi quid ſupereſſe volunt dij.
Sit bona librorum, & prouiſę frugis in annum
Copia: ne fluitent dubiæ ſpe pendulus horæ,
Hæc ſatis eſt orare Iouem, qui donat, & aufert:
De uitã, det opes. b ęquũ mi animũ ipſe parabo.

a Vt viuã m. Dummodo viuam. Ea conditione ut v. mihi. i. meo arbitratu, nullius uoluntati obnoxius.
b Qui ſe ęquabilẽ præbeat.

AD MAECENATEM.
Epiſt. XIX.

Prauum quorundam in imitandis poetarum uitijs potius qui virtutibus ſtudium reprehendit, imitatores uocans ſeruum pecus, ſe contra veſtigijs aliorum inſiſtere voluiſse neget. Deinde ratione reddit Curij, qui librorum eius lectione domi delectarentur, eoſq́; laudarent foris eos vituperarent.

PRiſco ſi credis Męcenas docte Cratino, (ſũt,
Nulla placare diu nec viuere carmina poſ-
Quæ ſcribuntur aquæ potoribus: vt malæ ſanos
Adſcripſit c Liber Satyris Fauniſq́ue poetas.
Vina ferè dulces oluerunt mane Camœnę:
Laudibus arguitur vini uinoſus Homerus.
Ennius ipſe pater nunquam niſi potus ad arma
Pręſiluit dicenda d forum, putealq́; Libonis
Mandabo ſiccis adimam cantare ſeueris.
Hoc ſimul edixit, non ceſſauere poetæ
Nocturno certare mero, putere diurno.
Quid? ſiquis vultu toruo ferus, & pede nudo,
Exiguęq; toga ſimulet textore Catonem,
Virtutemne repræſentet moreſq́ue Catonis?

c Adſcripſit numero Satyrorũ, & Faun. Quidam hæc iung. cũ ſeq. accip. partic. vt pro ex quo, uel poſtquã.
d F. Siccos (.i. uino non madentes) cauſas agere, & india exercere iubebo, nec permit tam ſeueros cantare.
e Text. Ita dictum, ut. ſ. Curatus. i. æquali tonſore capillus.

Rupit Hyarbitam Timagenis æmula lingua,
Dum ſtudet vrbanus, tenditq́; diſertus haberi.
a Quod adiuncta habet uitia imitatu facilia.
Decipit exemplar vitijs a imitabile: quod ſi
Pallerem caſu, biberent exangue cuminum.
O imitatores, ſeruum pecus, vt mihi ſæpe
Bilem, ſæpe iocum veſtri, mouere tumultus.
Libera per vacuum poſui veſtigia princeps:
Non aliena meo preſſi pede. qui ſibi fidit
Dux, regit examen. Parios ego primus iambos
Oſtendi Latio, numeros animoſq́; ſequutus
Archilochi nõ res, & agentia verba Lycambẽ.
Ac, ne me folijs ideo breuioribus ornes,
Quod timui mutare modos, & carminis artem:
b Sapphici, & Alcaici verſus.
Tẽperat Archilochi Muſã pede maſcula b Sapphо
Tẽperat Alcæus: ſed reb⁹, et ordine diſpar,
Nec ſocerũ quærit quem verſibus oblinat atris,
Nec ſponſæ laqueum famoſo carmine nectit.
c Al. Latinus.
Hunc ego non alio dictum prius ore, c Latinis
Vulgaui fidicen. iuuat immemorata ferentem
Ingenius oculiſque legi manibuſq́; teneri.
Scire velis, mea cur ingratus opuſcula lector
Laudet ametq́; domi, p̃mat extra limẽ iniquus?
Non ego ventoſæ plebit ſuffragia venor,
Impenſis cœnarum, & tritæ munere veſtis.
Non ego, nobilium ſcriptorum auditor, et ultor,
Grammaticas ambire tribus, & pulpita dignor.
d Nugas oſtẽtare. Rem leuem magnifacere.
e Auguſti Iouis noſtri.
Hinc illæ lacrymæ ſpiſſis indigna theatris
Scripta pudet recitare: & d nugis addere põdus
Si dixi, rides, ait: & e Iouis auribus iſta
Seruas fidis enim manare poetica mella

Te ſolum;tibi pulcher. Ad hæc ego a naribus uti
Formido:& luctantis acuto ne ſecer ungui
Diſplicet iſte locus,clamo:& b diludia poſco.
Ludus enim genuit trepidum certamen, & irã:
Ira truces inimicitias,& funebre bellum.

a Quidam de irriſione intell.
b Intermiſſionẽ à gladiat. metaph.

AD LIBRVM SVVM. Epiſt. XX.

Librum ſuum compellat,in lucem prodire cupientem: à quo cùm propoſitis quæ impendent periculis, deterrere conatur. De ſuo genere, vita, & moribus, nec non de corporis ſtatura, & ætate, quædam refert, quæ ab eo narrari velit.

Vertumnũ c Ianumq; liber ſpectare uideris
Scilicet vt ꝓſtes d Soſiorũ pumice mũdus
Odiſti claues,& grata ſigilla pudico:
Paucis oſtendi gemis:& communia laudas,
Non ita nutritus.fuge quo diſcedere geſtis.
Non erit emiſſo reditus tibi.Quid miſer egi?
Quid volui? dices:vbi quis te læſerit,& ſcis
In breue te cogi, quum plenus lãguet e amator.
Quòd ſi nõn odio peccantis deſipit augur.
Charus eris Romæ,donec te deſerat f ętas.
Contractus vbi manibus ſordeſcere uulgi
Cęperis, aut tineas paſces taciturnus inertes,
Aut fugies Vticã,aut unctus mitteris Ilerdam.
Ridebit monitor non exauditus: ut ille
Qui malè parentem in rupes protruſit aſellum
Iratus.quis enim inuitum ſeruare laboret?
Hoc quoq; te manet, vt pueros elementa docẽtẽ
Occupet extremis in vicis g balba ſenectus.
Quum tibi ſol tepidus plures admouerit aures,

c Vertũni & Iani tẽpla, ꝙ ante hæc libri ſicut alię res uenales, ꝓ ſtarent.
d Soſ. librariorũ ſeu bibliopolarum.
e Am. qui paulo ante tui amator erat, i. tui legendi cupidus.
f Aetas prima .i. iuuentus.
g Balbus ſenex . pueros elementa docens, quaſi ipſe liberi pueros elementa docturus ſit. L.

Me

a Maiora q̃ p natalib. meis conſequutum eſse. Sine, ad maiora perueniſse.

Me libertino natu patre, & in tenui re
Maiores a pennas nido extendiſſe loqueris,
Vt quantum generi demas, virtutibus addas.
Me primis vrbis belli placuiſſe domique:
Corporis exigui, præcanum, ſolibus aptum:
Iraſcit celerem, tamen ut placabilis eſſe.
Forte meum ſi quis te percontabitur æuum,
Me quater undenos ſciat impleuiſſe Decembres,
Collegam Lepidum quo duxit Lollius anno.

Q. HORATII FLACCI EPISTOLARVM LIBER II.

AD AVGVSTVM. Epiſt. I.

Quæritur de prauo Romanorũ ſuæ ætatis iudicio poemata è vetuſtate æſtimatum, & noua, non ob aliud quam ꝙ noua eſſent, faſtidientium: quum tamen multa ſint in veteribus poetis reprehenſione digna. Poeticæ ſtudium non multis ante ſeculis Romæ coli cœptum eſſe dicit: & fatetur quidem non minus indoctos quam doctos poemata ſcribere, ſed aliqua commoda hunc illorum errorem conſequi, atque adeo qualeſcunque ſint, illo ſuo poeticæ ſtudio ipſi Reipub. utiles eſſe oſtendit. Poeſin initio rudem, nō niſi leto ex Græcorum lectione expoliri cœpiſſe ait, quum Græcia capta cæteras etiam artes agreſti Latio intulit. Vulgi de comędia, tanquam opere minimè laborioſo, iudicium reprehendit: & quæ a ſcribendis fabulis multos deterreant exponit. Poſtremò de poetis illis agit qui non ſpectatoribus ſcribunt, ſed lectoribus, & Auguſtum ad calcar illis addendum hortatur, eius de Virgilio, & Varo iudicium laudans.

QVum tot ſuſtineas, & tãta negotia ſolus
Res Italas armis tuteris, moribus ornes;
Legibus emendes; in publica commoda peccem,
Si longo ſermone morer tua tempora, Cæſar.
Romulus, a et Liber pater, et cũ Caſtore Pollux,
Poſt ingentia facta, deorum in templa recepti,
Dũ terras hominumq; colũt genus, aſpera bella
Componunt, agros aſſignant, oppida condunt.
Plorauere ſuis non reſpondere fauorem

a Hęc referuntur ad iſta ſequẽ Præſenti tibi mat. per cōparationẽ. q. d. Tu vero contra conſequeris iã nũc bon.

Speratum

a D.q. Hercules.

b Inuidet ijs in quibus aliqua præſtātia eluceſcit, ſed ijdē poſt mortem amātur. Sic Naſo. Paſcitur in uiuis liuor, poſt ſ.q.

c Leges XII. tab. & fœdera regum Rom. cum Gab. &c.

d Perinde eſt ac ſi mihi dicant, nihil duri eſſe &c. i. manifeſtè falſa dicant.

e Quoto demū anno hāc laudē ſeu titulum hunc antiquitatis ſibi arrogent.

Speratum meritis, a diram qui contulit hydram,
Notaq; fatali portenta labore ſubegit,
Comperit inuidiam ſupremo fine domari.
Vrit enim b fulgore ſuo, qui prægrauat artes
Infra ſe poſitas. extinctus amabitur idem.
Præſenti tibi maturos largimur honores,
Iurandaſq; tuum per nomen ponimus aras,
Nil oriturum alias, nil ortum tale fatentes.
Sed tuus hic populus, ſapiens, & iuſtus in uno
Te noſtris ducibus te Graij anteferendo,
Cætera nequaquam ſimili ratione modoq;
Aeſtimat; &, niſi quę terris ſe mota ſuiſq;
Temporibus defuncta videt, faſtidit, & odit.
Sic fautor ueterū, ut c tabulas peccare uetātes,
Quas bis quinque uiri ſanxerunt, fœdera regum
Vel Gabijs, uel cum rigidis ęquata Sabinis,
Pontificum libros, annoſa uolumina uatum,
Dictitet Albano Muſas in monte loquutas.
Si, quia Grȩcorum ſunt antiquiſſima quęque
Scripta, uel optima, Romani penſantur eadem
Scriptores trutina, nō eſt quod multa loquamur.
Nil d intra eſt oleam, nil extra eſt in nuce duri.
Venimus ad ſummum fortunæ: pinguimus atq;
Pſallimus, & luctamur Achiuis doctius unctis.
Si meliora dies, ut, uina, poemata reddit
Scire uelī, pretiū chartis e quotus arroget annus
Scriptor ab hinc annos centum qui decidit, inter
Perfectos veteresq́. referri debet? an inter
Viles atque nouos? excludat iurgia finis.
Eſt uetus atq; probus, cētum qui perficit annos,

Quid?

Quid? qui deperijt minor uno menſe, uel anno,
Inter quos referendus erit? ueteresne poetas?
An quos, & præſens, & poſtera reſpuet ætas?
Iſte quidem ueteres interponetur honeſtè,
Qui uel menſe breui uel toto eſt iunior anno.
Vtor permiſſo, a caudeq; pilos ut equinę
Paulatim uello, & demo unum, demo ẽt unum;
Dum cadat eluſus ratione ruentis acerbi,
Qui redit ad faſtos, & uirtutem ęſtimat annis,
Miraturq; nihil niſi quod b Libitina ſacrauit.
Ennius, & ſapiens, & fortis, & alter Homerus,
Vt critici dicunt, leuiter curare uidetur
Quò c promiſſa cadant, & ſomnia Pythagorea.
Neuius in manibus non eſt, & mentibus hæret
Penè recens adeo ſanctũ eſt, uetus omne poema.
Ambigitur quoties uter utro ſit prior, aufert
Pacuuius docti famam ſenis, Accius alti,
Dicitur Afranius toga conueniſſe Menandro:
Plautus ad exẽplar Siculi ꝓperare Epicharmi
Vincere Cęcilius grauitate, Terentius arte.
Hos ediſcit, & hoc arcto ſtipata theatro
Spectat Roma potẽs, hẽt hos numeratq́. poetas
Ad noſtrum tempus, d Liui ſcriptoris ab æuo.
Interdum vulgus rectum uidet, eſt ubi peccat.
Si ueteres ita miratur laudatq́. poetas,
Vt nihil anteferat, nihil illis comparet; errat.
Si quędam nimis antiquè, ſi pleraque durè
Dicere credit eos, ignauè multa, fatetur:
Et ſapit, & mecum facit, & Ioue indicat ęquo.
Non equidem inſector, delendaq. carmina Liui

a Alludit ad id quod Sertorius in exẽplum ſocijs ꝓpoſuit de quo Plut.

b uide.ſ. Ode 30.l. 3.

c Ita negligẽter ſcribit, vt nullã rationẽ habere uideatur eius quod dixerit: sõniaſſe mortuum ſe eſſe, & ĩ ſuũ corpus (ex Pyt. ſoĩã) animam Homeri immigraſſe.

d Liui Andronici.

Eſſe

a Plagas multas, ſeu graues diſc. infligentem.

Eſſe reor, memini, quæ plagoſum a *mihi paruo*
Orbilium dictare: ſed emendata uideri,
Pulchraq. & exactis minimum diſtãtia, miror,
Inter quæ uerbum emicuit ſi forte deorum, &
Si uerſus paulo concinnior unus, & alter,

b Quidam D. exp. oſterit & ducit quaſi in pompa.
c Venditante uenditat.
d Indignor honore, & p̃ nijs dignos cenſeri, nedũ ueniã erraturum illis pec.

Iniuſtè totum b *ducit* c *uenditq. poema.*
Indignor d *quicquam reprehendi, non qa craſſẽ*
Compoſitum illepideve putetur. ſed quia nuper;
Nec ueniã antiquis ſed honorẽ, et præmia poſci;

e R. n. cr. An meritò ueniat in ſcenam croco perfuſam, vt Lucr.

Rectè e *necne crocũ floreſq;, perambulet Attæ*
Pabula, ſi dubitem, clament perijſſe pudorem
Cuncti penè patres; ea quum reprehendere coner
Quę grauis Aeſopus, quę doctus Roſcius egit:
Vel quia nil rectũ, niſi quod placuit ſibi, ducunt,
Vel qui turpe putant parere minoribus, & quæ
Imberbes didicere, ſenes perdendæ fateri.

f Perinde atque ego.

Iam ſaliare Numę carmen qui laudat, & illud
Quòd f *mecum ignorat. ſolus vult ſcire uideri,*
Ingenijs non ille fauet plauditque ſepultis,
Noſtra ſed impugnat, nos noſtraq; liuidus odit.
Quòd ſi tam Græcis nouitas inuiſa fuiſſet
Quã nobis, quid nunc eſſet uetus? aut qd haberet
Quod legeret tereretq. uiritim publicus vſus?

g Ad res minus ſerias animum conuertere.

Vt primum poſitis g *nugari Græcia bellis*
Cœpit, & in uitium fortuna labier æqua,
Nunc athletarum ſtudijs, nunc arſit equorum;
Marmoris, aut eboris fabros, aut æris amauit:
Suſpendit picta vulnum mentemq. tabella,
Nunc tibicinibus, nunc eſt gauiſa tragœdis:
Sub nutrice puella uelut ſi luderet infans,

Quod

Quod cupidè petijt, maturè a plena reliquit.
Quid b placet aut odio ẽ, qđ nõ mutabile credas?
Hoc paces habuere bonæ, ventiq́; ſecundi.
Romæ dulce diu fuit, & ſolenne recluſa
Mane domo uigilare, clienti c promere iura:
Cautos nominibus d certis expendere nummos,
Maiores audire, minori dicere, per quæ
Creſcere res poſſet, minui damnoſa libido.
Mutauit mentem populus leuis, & calet vno
Scribendi ſtudio pueri patreſq́; ſeueri
Fronde comas uincti cœnant, & carmina dictãt.
Ipſe ego, qui nullo me affirmo ſcribere verſus,
Inuenior Parthis mendacior: & prius orto
Sole, uigil calamũ, & chartas, & ſcrinia poſco.
Nauẽ agere ignarus nauis timet: abrotonũ ægro
Nõ audet niſi q didicit, dare, quod medicorũ eſt
Promittũt medici: tractant familia fabri:
Scribimus e indocti doctiq́; poemata paſſim.
Hic error tamen, & leuis hæc inſania quantas
Virtutes habeat, ſic collige. uatis auarus (vnum
Non temere eſt animus: verſus amet, hoc ſtudet
Detrimenta, fugas ſeruorum, incendia ridet,
Non fraudem, ſocio, puerove incogitat ullam
Pupillo: uiuit ſiliquis, & pane ſecundo
Militiæ quanquam piger, & malus, utilis urbi:
Si das hoc, paruis quoque rebus magna iuuari.
Os tenerum pueri balbumq́; poeta figurat:
Torquet ab obſcenis iam nũc ſermonibus aurẽ.
Mox etiam pectus præceptis format amicis,
Aſperitatis, & inuidiæ corrector, & iræ.

a Mature ſatiata, ideſt citò.
b Viciſſitudo eſt in reb. quæ placent, & in ijs quæ diſpl.
c Reſpondere ius.
d Al. rectis.

e Quũ in illis art. nemo gequã aggrediatur, niſi earũ peritus, nos contra tam indocti quam docti ſcit.

Rectè

a Proponens exépla, facit ut or. temp. i. uenientia, cu iuſmodi futu ra ſint æſtime mus, & inſtruamur ex ante geſtis. P.

b Qui ut memor eſt br. æui, ita, & alios memores facit.

c Etiam nō la ceſſiti, pſpiciē dū putauerūt huic malo cō muni.

d Quum Ro. Græciā cepiſſ ſens, uiciſſim captisūt illius artibus. i. amo re artiūillius. Vel cepit uict. ſubegit illius ingeniū, ut di citur ſubactū ingenium.

Rectè facta refert: a orientia tempora notis
Inſtruit exemplis: inopem ſaluatur, & ægrum.
Caſtis cum pueris ignara puella mariti
Diſceret vnde preces, vatem ni Muſa dediſſet?
Poſcit opem chorus, & præſentia numina ſentit:
Cæleſtes implorat aquas docta prece blandus:
Auertit morbos, metuenda pericula pellit.
Impetrat, & pacem, & locupletem frugib. annū
Carmine dij ſuperi placantur, carmine manes.
Agricolæ, priſci, fortes paruoq; beati,
Condita poſt frumenta leuantes tempore feſto
Corpus, & ipſum animum ſpe finis dura ferētē,
Cum ſocijs operum & pueris, & coniuge fida,
Tellurem porco, Syluanum lacte piabant,
Floribus, & uino Genium, b *memorē breuis æui.*
Feſcennina per hunc inuenta licentia morem
Verſibus alternis opprobria ruſtica fudit:
Libertasq; recurrentes accepta per annos
Luſit amabiliter: donec iam ſæuus apertam
In rabiem uerti cœpit iocus, & per honeſtas
Ire domos impunè minax. doluere cruento
Dente laceſſiti: fuit c *intactis quoque cura*
Conditione ſuper communi quin etiam lex
Pœnaq; lata, malo quę nollet carmine quenquā
Deſcribi uertere modum, formidine fuſtis,
Ad benedicendum delectandumq; redacti.
Græcia d *capta ferum uictorem cepit, & artes*
Intulit agreſti Latio, ſic horridus ille
Defluxit numerus Saturnus: & graue uirus
Munditiæ pepulere ſed in longum tamen æuum

Man-

Manſerunt hodieq; manent veſtigia ruris.
Serus enim Gręcis admouit acumina chartis:
Et poſt Punica bella qetus q̃rere cępit (ferent.
Quid Sophocles, & Theſpis, et Aeſchylus vtile
Tentauit quoque rem ſi digne uertere poſſet:
Et placuit ſibi natura ſublimis, & acer.
Nam a *ſpirat tragicum ſatis, & feliciter audet.*
Sed turpem putat in ſcriptis metuitq; lituram.
Creditur, b *ex medio quia res arceſſit, habere*
Sudoris minimum, ſed habet comędia tanto
Plus oneris, quanto uenię minus. aſpice, Plautus
Quo pacto partes tutetur amantis ephebi.
Vt patris attenti, lenonis, ut inſidioſi,
Quanto ſit Dorſenus edacibus in paraſitis;
Quam non adſtricto percurrat pulpita ſocco.
Geſtit.n. nummũ in loculos dimittere, poſt hoc
Securus cadat an recto ſtet fabula talo.
Quem tulit ad ſcenam ventoſo gloria curru,
Examinat lentus ſpectator ſedulus inflat.
Sic leue, ſic paruũ eſt, animũ qđ laudis auarum
Subruit aut reficit. ualeat res ludrica, ſi me
Palma negata macrum, donata reducit opimũ.
Sępe etiam audacem fugat hoc terretq; poetam,
Quod numero plures, uirtute, et honore minores,
Indocti ſtolidiq;, & c *depugnare parati*
Si diſcordet eques, media inter carmina poſcũt.
Aut urſũ aut pugiles his nãdplebecula gaudet.
Verũ eqtis, quoq; iã migraui ab aure uoluptas
Omnis ad incertos oculos, & gaudia uana.
Quatuor aut plures aulæa e *prẽmũtur in horas,*

a Spiritus tragicos habet.
b Quia perit argumẽtum ẽ medio, euita communi, & quidẽ plebeiorũ. Al. acceſſit non acceſſit.

c Ita ptinaceis vt p. ſint ad arma venire, niſi aſsentiãtur equites.
d Pl. Vide pl. Hec. Terẽtius
e Aulęa quib. obtẽditur ſcena, remouentur dũ aliqđ pugnæ ſimulacrũ editur, dum vincti reges in triumphum ducuntur.

Dum fugiunt equitũ turmæ, peditumq́; caterue
Mox trahitur manibus regum fortuna retortis.
Eſſeda feſtinant, pilenta, petorrita naues:
Captiuum portatur ebur, a *captiua Corinthus.*
Si foret in terris, rideret Democritus, ſeu
Diuerſum confuſa genus panthera camelo,
Siue elephas albus vulgi conuerteret ora:
Spectaret populum ludis attentius ipſis,
Vt ſibi prębentem mimo ſpectacula plura.
Scriptores autem narrare putaret b *aſello*
Fabellam ſurdo. nam c *quę peruincere uoces*
Eualuere ſonum, referunt quem noſtra theatra?
Garganũ mugire putes nemus, aut mare Tuſcũ:
Tanto cum ſtrepitu ludi ſpectantur, & artes
Diuitięq́; peregrinæ. quibus oblitus actor
Quum ſtetit in ſcena, d *concurrit dextera læuæ,*
Dixit adbuc aliqd? Nil ſanè. Quid placet ergo?
Lana e *Tarentino uiolas imitata veneno.*
Ac ne forte putes me, quę facere ipſe recuſem?
Quum rectè tractent alij. laudare f *malignè*
Ille g *per extremum funem mihi poſſe uidetur*
Ire poeta, meum qui pectus h *inaniter angit,*
Irrita, mulcet, falſis terrorib. implet, (Athenis
Vt magus: & modo me Thebis, modò ponit
Verum age, & his, qui ſe lectori credere malũt,
Quam ſpectatoribus faſtidia ferre ſuperbi,
Curam redde breuem: ſi munus Apolline dignũ
Vis complere libris, & uatibus addere calcar,
Vt ſtudio maiore petant Helitona uirentem.
Multa quidem nobis facimus mala ſæpe poetæ,

a Captiuę cor. ſimulacrum.
b Prouer. Surdo fab. narrare
c Cui⁹ hiſtrionis uox q̃rumnis cōtenta inter hos ſtrepitus, & clamores exandiri poſſit?
d Q. d. Quo peregrino veſtitu, & cultu nō dico ornatus, ſed fędatus.
e Cōc. Cōplodunt manus, Plauſus edit.
f Veſtitus ianthinus. i. violacei coloris.
g M. parce detrahere eorũ laudi. Per ext. f. Rē difficillimam præſtare poſse uidetur, & vel idem ꝙ funambuli eſſe facturus, opus ſit.
h In. angit. Angit pect⁹ licet metu inani. i. ita me afficit ſuis uerbis, vt angat, irritet, &c.

(*Vt*

(Vt uineta egomet cędam mea) quum tibi librũ
Sollicito damus, aut feſſo quum lædimur, unum
Siquis amicorum eſt auſus reprendere uerſum:
Quum loco iam recitata reuoluimus irreuocati:
Quum lamentamur, non apparere labores
Noſtros, & tenui deducta poemata filo:
Quum ſperamus eò rem uenturam, ut ſimulatq;
Carmina reſcieris nos fingere, commodus vltro
Accerſas, & egere uetes, & ſcribere cogas.
Sed a tamen eſt operæ pretiũ cognoſcere, quales a Multa. q. n. E. m. ſ. p. ſed tñ nonnulli ſunt quib. aliquid cōcedēdũ eſt.
Aedituos b *habeat belli ſpectata domique.* b Aed metap. q d. cuſtodes. In quorum tutela ſit, ut ędit dicitur ab ęde tuenda.
Virtus, indigno non committenda poetæ,
Gratus Alexandro regi Magno fuit ille
Chęrilus, inculti qui verſibus, & malè natis
Retulit acceptos, regale numiſma, philippos.
Sed ueluti tractata notam labemq; remittunt
Atramenta, ferè ſcriptores carmine fœdo
Splendida facta linunt idem rex ille, poema
Qui tam ridiculum tam carè prodigus emit:
Edicto vetuit nequis ſe, præter Appellem,
Pingeret aut c *alius Lyſippo ducere æra* c Al. quã Lyſ.
Fortis Alexandri vultum ſimulantia. quod ſi
Iudicium ſubtile videndis artibus illud
Ad libros, & ad hęc Muſarum dona uocares,
Bœotum d *in craſſo iurares aere natum.* d Iur. Al. ex eſſe B. Alij Bœoto.
At neque dedecorant tua de ſe iudicia, atque
Munera, quæ multa dantis cum laude tulerunt,
Dilecti tibi Virgilius Variuſq; poetæ
Nec magis expreſſi vultu per ahenea ſigna,
Quam per uatis opus mores animiq; uirorum

Clarorum: apparent. nec ſermones ego mallem
Repẽtes per humum, quam res cõponere geſtas
Terrarumq́; ſitus, & flumina dicere, & arces
Montibus impoſitas, & barbara regna, tuiſq́;
Auſpicijs totum confecta duella per orbem,
Clauſtraq́; cuſtodem pacis cohibentia Ianum,
Et formidatam Parthis te principe Romam,
Si, a quãtũ cuperẽ, poſſem quoq;. ſed neq; paruũ
Carmen maieſtas recipit tua, nec meus audet
Rem tentare pudor quam uires ferre recuſent.
Sedulitas b *autem ſtultè quem diligit, urget.*
Præcipuè quum ſe numeris commẽdat, & arte.
Diſcit enim citius meminitq́; libentius illud
Quod quis deridet, q̃ quod probat, & ueneratur.
Nil moror officiũ, quod me grauat: ac neque ficto
In peius vultu proponi cereus vſquam,
Nec prauè factis decorari uerſibus opto:
Ne rubeam pingui donatus munere: & unà
Cum ſcriptore meo, capſa porrectus aperta,
Deferar in vicum vendentem thus, & odores
Et piper, & quicquid chartis amicitur ineptis,

a Sic Sat. j. l. 2. cupidũ p. opt. vires deficiũt.

b Sedulitas grauat eũ cui ſtulte aliquod officium, teſtãdi amoris ſui cauſa defert. Præſertĩ quũ ſcribendis verſib. eum vult teſtari. Quod dixit Vrget, dicit poſtea Grauat.

AD IVLIVM FLORVM.

Epiſt. II.

Excuſat ſe Iulio Floro, q̃rẽti q̃d nec epiſtolã ullã, nec ea quæ promiſerat carmina miſiſſet. Ac primũ ſe

pigrum

pigrũ fatetur eſſe,atq. id illi ꝑdixiſſe ait:ideoq́. ſe uitioſo ſeruo comparat,cuius emptor ſit Florus, à uenditore de uitio præmonitus. Deinde ſe,q̃d de Luculli milite narrat,imitari velle dicit:ac, quũ paupertate ad uerſus faciendos impulſus fuerit,nũc eas facultates cõſequutũ quæ ſatis eſſe poſſint,malle ſomno id temporis dare ꝙ alioqui ſcribendis verſib. daturus eſſet. Affert, & alias rationes cur non ſcribat:quarum vna cõuenit cum his Naſonis uerbis, *Carmine ſeceſſum ſcribentis, & otia quærunt.* Deniq; quanuis poetæ vulgo mutuis laudib.ſe ornẽt,multa componi ab illis quæ meritò riſu excipiantur. Contra uerò,ad ſcribendũ legitimum poema plurima requiri:item magni laboris eſſe: & q̃ animum etiam torqueat,at ſibi non tanti eſſe,ſapientẽ ſcriptorem haberi. Sibi igitur, quũ iã prouecta ſit ætatis,ad alios numeros animum eſſe appellandum,nimirum ad numeros,& artem uiæ bene inſtituendi. Atque adeo ſe iam in eo totum eſſe,ut fruendo modicis opib.quę adſunt,diſcat maiores concupiſcere. Verùm ad bene beateque uiuendum (quod uocat rectè viuere)non ſatis eſſe carere auaritia, ſed cætera etiam omnia vitia extirpari debere.

FLore,bono claroq́; , fidelis amice Neroni
Siquis forte uelit puerum tibi uendere natũ
Tibure uel Gabijs,& tecum ſit a agat, Hic &
Candidus,& talos à uertice pulcher ad imos,
Fiet eritq́; tuus,nummorum millibus octo,
Verna b *miniſterijs ad nutus aptus heriles:*
Litterulis Græcis imbutus,idoneus arti
*Cuilibet,*c *argilla quiduis imitaberis unda:*
Quin etiam canet indoctum:ſed dulci bibenti.
Multa fidem promiſſa leuat,ubi plenius æquo
Laudat uenales,qui vult extrudere, merces.
Res d *urget me nulla,meo ſum pauper in ære.*

a Agat,quidã exp.loquatur. Rectius,Paciſcatur.

b V. Seruus,ex ancilla mea natus, aptus miniſt. ad nutus domini obeundis.

c Ar.talẽ reddes cũ qualẽ libuerit,flectẽdo eius ingenium uelut argillam.

d R. vt. Nihil eſt ꝑꝑ q̃d neceſſe ſit mihi eum uendere. Nam quãuis pauper ſim, ĩ ære alieno nõ ſum, ſed meo.

Nemo hoc magonũ faceret tibi. non temere à me
Quiuis feret idem ſemel hic ceſſauit,& (ut fit)
In a ſcalis latuit metuens pendentis habenę
Des nummos, b excepta nihil te ſi fuga lædat.
Ille ferat pretium, pœnę ſecurus, opinor.
Prudens emiſti uitioſum, dicta tibi eſt lex.
Inſequeris tamen hunc,& lite moraris iniqua.
Dixi me pigrum proficiſcenti tibi, dixi
Talibus officijs propè mancum, ne mea ſęuus
Iurgares ad te quòd epiſtola nulla ueniret.
Quid tum profeci mecum facientia iura
Si tamen attentas? quęreris ſuper hoc etiã, quòd
Expectata tibi non mittam carmina mendax.
Luculli c miles collecta uiatica multis
Aerumnis, laſſus dum noctu ſtertit, ad aſſem
Perdiderat, poſt hoc d uehemens lupus, & ſibi,
Iratis pariter, ieiunis dentibus acer, (& hoſti
Præſidium regale loco deiecit (ut aiunt)
Summè munito, & multarum diuite rerum.
Clarus ob id factum, donis ornatur honeſtis,
Accipit, & bis dena ſuper ſeſtertia nummum.
Forte ſub hoc tempus caſtellum euertere prętor
Neſcio quod cupiens, hortari cœpit eundem
Verbis, quę timido quoque poſſent addere mẽtẽ.
I bone quò uirtus tua te uocat, i pede fauſto,
Grandia laturus meritorum pręmia. quid ſtas?
Poſt hęc ille catus, e Quantumuis ruſticus, ibit,
Ibit eò quò uis, qui zonam perdidit, inquit.
Romę f nutriti mihi contingit, atq; doceri,
Iratus g Graijs quantum nocuiſſet Achilles.

Adiecere

a In ſc. Latuit met. h. p. ĩ ſcalis. i. lori quo ſerui uincti cędebantur flagris.

b Ex. Si quidẽ nullũ tibi ſcrupulũ (vel metũ) inijciat fuga a me excepta, & quam pręſtare nolo.

c Idẽ militos, ut quidam uolũt. Al. tamen de certo quodam milite intell.

d V. ad predã dum factus acrior ex illa egeſtate, ut lupus ex fame.

e Q d: Inopia quantũuis ruſticũ ad illud audendum cõpellet.

f Imitari ſe uelle dicit illi' militis Luculli inſtitutum.

g Ir. Gr. Doceri quãtũ Ach. is. ideſt deĩde Iliadem Ho.

Adiecere bonę paulo plus artis Athenę.
Scilicet ut poſſem curuo dignoſcere rectum,
Atque inter ſyluas Academi quęrere uerum.
Dura ſed amouere loco me tempora grato:
Ciuilibuſq; rudem belli tulit ęſtus in arma,
Cęſaris Auguſti non reſponſura lacertis.
Vnde ſimul primùm me dimiſere Philippi,
Deciſis humilem pennis,inopemq; paterni
Et laris,& fundi,paupertas impulit audax
Vt uerſus facerem ſed.quod non deſit, habētem
Quę poterūt unquam ſatis expurgare a cicutę,
Ni melius dormire putem,quā ſcribere uerſus?
Singula de nobis ami prędantur euntes.
Eripuere iocos,Venerem,conuiuia,ludum:
Tendunt extorque poemata.quid faciam uis?
Denique non omnes eadem mirantur amantq;,
Carmine tu gaudes,hic delectatur iambis.
Ille,b Bioneis ſermonibus,& c ſale nigro.
Tres mihi conuiuę propè diſſentire uidentur,
Poſcentes uario multum diuerſa palato.
Quidem?quid nō dē? renuis tu quod iubet alter.
Quod petis, id ſane eſt inuiſum acidūq; duobus
Pręter cętera,me Romę me poemata cenſes
Scribere poſſe,inter tot curas,totq. labores
Hic d ſponſum uocat,hic auditū ſcripta,relictis
Omnibus officijs,cubat hic in colle Quirini,
Hic extremo in Auentino,uiſendus uterq;,
Interualla uides humanè commoda uerùm
Purę e ſunt platez,nihil ut meditantibus obſtet.
Feſtinat calidus mulis geruliſq; redemptor.

a Quidam elleborū intell. quaſi ita uoces ac medicamentorū infamiā. Alioquin Auicēnam cicutā uocaſſe elleborum nigrum.

b Comicis verſibus, a Bione Ariſtophanis patre.

c S. nigro. Sal. mordacib. & amarulentiis plenis. Vt contra dicūt candidus, & candor quum ad animum referuntur.

d Fideiuſſū, ad fide iubēdū. Quidam exp. Interualla humano more commoda.i. nō ualde cōmoda quales eſſes ſolēt res humanæ. Vide Anno.

e Purę uacuę obſtaculis.

Torquet nunc lapidē, nunc ingēs machina tignū.
Triſtitia robuſtis luctantur funera plauſtris:
Hac rabioſa fugit canis, hac lutulenta ruit ſus.
I nunc, & uerſus tecum meditare canoros. (bes
Scriptorum chorus oīs amat nemus, & fugit ur-
Rite cliens Bacchi, ſomno gaudentis, & umbra:
Tu me inter ſtrepitus nocturnos atque diurnos?
Vis canere, & contracta ſequi ueſtigia uatum
Ingeniū, ſibi quod uacuas deſumpſit Athenas,
Et ſtudijs annos ſeptem dedit, inſenuitque
Libris, & curis, ſtatua taciturnius exit
Plerunque, & riſu populum quatit: hic ego rerū
Fluctibus in medijs, & tempeſtatibus urbis,
Verba lyræ motura ſonum connectere digner?
Frater erat Romæ a conſulti rhetor: ut alter
a Iuriſcōſulti *Alterius ſermone meros audiret honores:*
Gracchus ut hic illi foret, huic ut Mutius ille.
Qui minus argutos uexat furor iſte poetas?
Carmina compono, hic elegos mirabile uiſu
Cælatumq́. nouem Muſis opus. aſpice primum,
Quanto cum faſtu, quanto molimine circum-
-ſpectemus uacuam Romanis uatibus b *ædem.*
Mox ēt (ſi forte c *uacas) ſequere, & procul audi.*
b Aedē Apol. & bibliotheca ei adiūctam. *Quid ferat, & quare ſibi nectat uterque coronā,*
Cædimur, & totidem plagis conſumimus hoſtē
c Al. uacat. *Lento* d *Samnites ad lumina prima duello*
Diſcedo Alcæus puncto illius. ille meo quis?
d S. gladiatorū genus. Tāquam Sam. *Quis, niſi Callimachus? ſi plus ad poſcere uiſus,*
Et Mimnermus, & optimo cognomine creſcit.
Multa fero, ut placem genus irritabile uatum,

Quum

Quum ſcribo, & ſupplex populi ſuffragia capto.
Idem, finitis ſtudijs, & mente recepta,
Obturem a patulas impunè legentibus aures.
Ridentur mala qui componunt carmina: uerùm
Gaudent ſcribentes, & ſe uenerantur, & ultro
(Si taceas) laudant quicquid ſcripſere, beati.
At qui legitimum cupiet feciſſe poema,
Cum tabulis animum cenſoris ſumet honeſti:
Audebit quæcūque parum ſplendoris habebūt,
Et ſine pondere crūt, et honore indigna ferētur,
Verba mouere loco: quamuis inuita recedant,
Et uerſentur adhuc b intra penetralia Veſtæ.
Obſcurata diu populo bonus eruet atque
Proferet in lucem ſpecioſa uocabula rerum:
Quæ priſcis memorata Catonibus atq. Cethegis,
Nunc ſitus informis premit & deſerta uetuſtas.
Adſciſcet noua, quæ genitor produxerit uſus.
Vehemens & liquidus, puroq. ſimillimus amni,
Fundet opes; Latiumq. beabit diuite lingua.
Luxuriantia compeſcet, nimis aſpera ſano
Leuabit cultu, uirtute carentia tollet:
Ludentis ſpeciem dabit, & torquebitur: ut qui
Nunc ſatyrū, nūc agreſtem Cyclopa c mouetur.
Prætulerim ſcriptor delirus inerſq. uideri,
Dum mea delectent mala me, uel deniq. fallāt,
Quā ſapere, et d ringi fuit haud ignobilis Argis
Qui ſe credebat miros audire tragœdos,
In uacuo lætus ſeſſor plauſorq. theatro,
Cætera qui uitæ ſeruaret munia recto
More; bonus ſanè uicimus, amabilis hoſpes,
Comis

a Obturare poſſim, vel au ſim. Obt. mihi iaceat.

b Quidā exp. Quamuis nō debeant loco moueri, utpo tè eius ſanctitate tuta.

c Saltat.

d Quod dixit torqueri. Quidam aliter.

Comis in uxorem: poſſet qui ignoſcere ſeruis,
Et a ſigno læſo non inſanire lagenæ:
Poſſet qui rupem & puteum vitare patentem.
Hic ubi cognatorum opibus curiſq; refectus,
Expulit elleboro morbum bilemq; meraco,
Et redit ad ſeſe, Pol, me occidiſtis amici,
Non ſeruaſtis (ait) cui ſic extorta uoluptas,
Et demptus per vim mentis gratiſſimus error.
Nimirum b *ſapere eſt abiectus utile nugis,*
Et tempeſtiuum pueris concedere ludum:
Ac non verba ſequi fidibus modulanda Latinis
Sed veræ numeroſq; modoſq; ediſcere uitæ.
Quocirca mecum loquor hæc, tacituſq; recordor:
Si tibi nulla ſitim finiret copia lymphæ,
Narrares medicis: quòd quanto plura paraſti,
Tanto plura cupis, nulline faterier audes?
Si vulnus tibi, monſtrata radice uel herba,
Non fieret leuius: fugeres radice vel herba
Proficiente nihil curarier, audieras, cui
Rem dij donarent, illi decedere prauam
Stultitiam: & quam ſis nihilo ſapientior, ex quo
Plenior es, tamen vteris monitoribus iiſdem?
At ſi diuitiæ prudentem reddere poſſent,
Si cupidũ timidumq; minus te: nempe ruberes,
Viueret in terris te ſi quis auarior vno.
Si ꝓpriũ eſt qđ quis libra c *mercatus & ære eſt,*
Quædam (ſi credis conſultis) mancipat vſus:
Qui te paſcit ager, tuus eſt: & uillicus Orbi
Quum ſegetes occat, tibi mox frumẽta daturus,
Te dominum ſentit. das nummos: accipis uuam,

a Nõ iraſci ad inſaniam uſo ob leue ſeruorum pecc. quale eſt quũ lagenam reſignant.

b Q. d. Si ſapiam, numeros illos pueris relinquam ut nugas illorum ætati aptas, ipſe aliud nume. genus diſcam. Vel Sap. pro Sapiẽter uitam inſtituere.

c Al. mercatur, & ære.

Pullos,

Digitized by Google

Pullos, oua, cadum temeti nempe modo iſto
Paulatim mercaris agrum, fortaſſe trecentis
(Aut etiam ſupra) nummorum millibus emptũ.
Quid refert, uiuas numerato nuper an olim?
Emptor Aricini quondam Veientis & arui,
Emptũ cœnat olus, quãuis a *aliter putat, emptis*
Sed noctem gelidam lignis calefactat ahenum.
Sub b *uocat uſq. ſuum, qua populus adſita certis*
Limitibus uicina refugit iurgia tanquam
Sit proprium cuiquã, pũcto quod mobilis horæ,
Nũc prece, nũc pretio, nũc ui, nũc ſorte ſuprema,
Permutet dominos, & cedat in altera iura.
Sic quia perpetuus nulli datur uſus, & hæres
Hæredem alterius, uelut unda ſuperuenit undã,
Quid uici poſſunt? aut horrea? quid ve Calabris
Saltibus adiecti Lucani? ſi metit Orcus
Grandia cum paruis, non exorabilis auro?
Gẽmas, marmor, ebur, Tyrrhena ſigilla, tabel-
Argentum, ueſtes Hætulo murice tinctas, (las
Sunt qui non habeant, eſt qui non curat habere.
Cur alter fratrum ceſſare, & ludere, & ungi,
Præferat Herodis palmetis pinguibus, alter
Diues, & importunus, ad vmbra lucis ab ortu
Sylueſtrem c *flammis & ferro mitiget agrum,*
Scit Genius natale comes qui temperat aſtrum,
Naturæ deus humanę, mortalis in unum-
-quodq. caput vultu mutabilis, albus, & ater.
Vtar, & ex modico, quantum res poſcet, aceruo
Tollam, nec metua quid de me iudicet hęres.
Quòd non plura datis inuenerit. & tamen idem
Scire

a Si fruct. ſuis ali. putat, non autẽ emptis.

b Suum uoc. quod eo uſq; pater, ubi pp. adſita p limite eſt q diſtinguat agrũ uicinia ſuo. Quidam a ſita exp. uiri maritata.

c Frutif. & arb. ſylueſtribus, partim ſucciſis, partim incenſis, fertiliorem reddat, aut faciat, ut non adeo ſit ſterilis.

Scire uolam quantum ſimplex hilariſq; nepoti
Diſcrepet, & quantum diſcordet parcus auaro.
Diſtãt enim, ſpargas tua ꝓdigus, an neq; sũptũ
Inuitus facias, neque plura parare labores.
Ac potius, puer ut feſtis quinquatribus, olim
Exiguo, gratoq; fruaris tempore raptim.
Pauperies ĩmũda domus procul abſit. ego, a utrũ
Naue ferar magna an parua, ferar unus & idẽ.
Non b agimur timidis uelis aquilone ſecundo:
Non tamen aduerſis ætatem ducimus auſtris,
Viribus, ingenio, ſpecies, uirtute, loco, re,
Extremi primorum, extremis uſque priores.
Non es auarus: abi quid cætera iam ſimul iſto
Cum uitio fugere? cares tibi pectus inani
Ambitione? caret mortis formidine, & ira?
Somnia terrores magicos, miracula, ſagas,
Nocturnos lemures portentaq; Theſſala rides?
Natales c gratè numeras? ignoſcis amici?
Lenior & melior fit accedente ſenecta?
Quid te exempta iuuat ſpinis de pluribus una?
Viuere ſi rectè neſcis, decede peritis.
Luſiſti ſatis, ediſti ſatis atque bibiſti:
Tempus abire tibi eſt: ne potum largius æquo
Rideat, & pulſet laſciua decentius ætas.

a Siue magna .n. ſiue ꝑ. Vel, Verum nauẽ an parua fera, nihil refert. ferar .n. unus & idem.
b Alleg. Si nõ ingẽtes nobis ſunt opes, ac certè non ſumus inopes.

c Quidã exp. Tu ignis autores libenter recenſe? Alij ď ętate intell. de qua ingraueſcente non libenter cogitamus.

Q. HORATII FLACCI

DE ARTE POETICA,

L I B E R.

A D P I S O N E S.

HVmano a capiti ceruicem pictor equinam
Iũgere ſi uelit,& uarias ĩducere plumas,
Vndique collatis membris: vt turpiter atrum
Deſinat in piſcem mulier formoſa supernè:
Spectatum admiſſi riſum teneatis amici?
Credite Piſones, iſti tabulæ fore librum
Perſimilem, cuius, velut ægri ſomnia, uanæ
Fingentur ſpecies; vt nec pes, nec caput uni
Reddatur formæ. b *pictoribus atque poetis*
Quid libet audendi ſemper fuit æqua poteſtas.
Scimus, et hãc ueniã petimuſq; damuſq. uiciſſim
Sed non ut placidis coeant immitia, non ut
Serpentes auibus geminentur, tigribus agni.
Inceptis c *grauibus plerũq; & magna profeſſis*
Purpureus, latè qui ſplendeat, unus & alter
Aßuitur pannus: quum lucus, & ara Dianæ,
Et properãtis aquæ per amœnos ambitus agros,
Aut flumẽ Rhenũ, aut pluuius deſcribitur arc⁹
Sed nũc nõ erat his locus: & fortaſſe d *cupreſſũ*

a Corpori cuiuſdã ex diuerſi generis membris conflato comparat poema, cuius partes nullam inter ſe conuenientiam hñt.
b Hypophora ex dicto vulgi Atq; pict. &c.
c In eos, q ornatũ ſuo poemati quærũt ex qbuslibet digreſſionib. & eperſodiis.
d Imitaris vilẽ pictorem, qui qũ in pingenda cupreſſo eſſet exercitat⁹, eius picturam illi etiã tabellæ inſeruit, in qua depingẽdum illi erat naufragium.

Scis

Scis ſimulare. quid hoc? ſi fractis enatat exſpes
Nauibus,ęre dato qui pingitur? amphora cœpit
Inſtitui,currente rota cur urceus exit?
Denique ſit quod uis:ſimplex duntaxat & unũ.
Maxima pars uatum (pater, & iuuenes patre
Decipimur ſpecie recti.breuis eſſe laboro,(digni)
Obſcurus fio. a *ſectantem leuia,nerui*
Deficiunt animiq;,profeſſus grandia,turget:
Serpit humi tutus nimium, timiduſq; procellæ.
Qui uariare cupit rem prodigialiter unam,
Delphinum ſyluis appingit,fluctibus aprum,
In vitium ducit culpæ fuga, ſi caret arte.
Aemiliũ b *circa ludum faber* c *imus & ungues*
Exprimet,& molles imitabitur ære capillos.
Infelix operis ſumma quia ponere totum
Neſciet.hunc ego me, ſiquid componere curem,
Non magis eſſe uelim, quàm prauo uiuere naſo,
Spectandum nigris oculis,nigroq; capillo.
Sumite materiã veſtris, qui ſcribitis æquam
Viribus:& verſate diu,quid ferre recuſent,
Quid valeãthumeri cui lecta d *potẽter erit res,*
Nec facundia deſeret hunc,nec lucidus ordo.
Ordinis hæc uirtus erit,et uenus (aut ego fallor)
Vt iam nunc dicat, iam nunc debentia dici
Pleraq; differat,& præſens in tempus omittat.
Hoc amet,hoc ſpernat promiſſi carminis autor.
In uerbis etiam tenuis cautuſq; ferendis,
Dixeris egregiè,notum ſi callida verbum
Reddiderit e *iunctura nouum:ſi forte neceſſe eſt,*
Indicijs f *monſtrare recentibus addita* g *rerum,*

a Dũ nimis ornatus ſum ſtudioſus, & polito genere orationis delector.

b Gladiatoriũ

c Imus, Cuius tab. eſt ĩſima. Alijs nomen propr.

d Q. d. Habita p[illegible]entiæ ſuæ rationem. uitium ſuarum.

e Quidã intel. de ea quã compoſitionẽ dicimus, vt Ci. iũcta dicit, quæ nos cõpoſita.

f Ind. uocabulis.

g Poſt rerũ in al. eſt parti. &

Finge-

Fingere cinctutis non exaudita Cethegis
Continget, dabiturq; licentia ſumpta pudenter.
Et noua fictaq; nuper habebunt verba fidem, ſi
Græco fonte cadant, parcè detorta. Quid autem
Cæcilio Plautoq; a *dabit Romanus, ademptum*
Virgilio Varioq;? ego, cur acquirere pauca
Si poſſum, inuideor? quũ lingua Catonis et Ennî
Sermonem patrium ditauerit, & noua rerum
Nomina protulerit? licuit, ſemperque licebit.
Signatum præſente nota b *producere nomen.*
Vt ſyluæ folijs pronos mutantur in annos,
Prima cadunt: ita verborum uetus interit ætas,
Et iuuenum ritu florent modo nata, uigentque
Debemur morti nos, noſtraq; c *ſiue receptus*
Terra Neptunus, claſſes aquilonibus arcet,
Regis opus, ſterilisve diu palus, aptaq; remis,
Vicinas urbes alit, & graue ſentit aratrum:
Seu curſum mutauit iniquum frugibus amnis,
Doctus iter melius: mortalia facta peribunt:
Nedum ſermonum ſtet honos, & gratia uiuax.
Multa renaſcentur quæ iam cecidere, cadentque
Quæ nũc ſunt in honore uocabula, ſi uolet uſus:
Quẽ penes arbitriũ eſt & ius & norma loquẽdi.
Res geſtæ regumq; ducumq;, & triſtia bella,
Quo ſcribi poſſent numero, mõſtrauit Homerus.
Verſibus d *impariter iunctis querimonia primũ*
Poſt etiam e *incluſa eſt uoti ſententia compos.*
Quis tamen exiguos elegos emiſerit autor,
Grammatici certant, & adhuc ſub iudice lis eſt.
Archilocum proprio rabies armauit iambo
Hunc

a Al. dedit. Ademptum Virg. j. negatum, non conceſſum.

b Al. Procudere.

c Sine portus Iulius, mari ĩ Lucr. & Auernum lacũ immiſſo, naues a uentis defendit (quod eſt Auguſti op') ſiue Pontina palus ſiccata, nũc aretur, & fruges uicinis vrb. miniſtret

d Verſ. elegis ut mox.

e Illis ſcriptæ fuerunt res lætæ, & quæ ex animi ſententia euenerant.

à Soc.& coth. Comœdiæ, & Trag.

b Liricis verſibus.

Hunc a ſocci cepere pedem grandeſq; cothurni,
Alternis aptum ſermonibus, & populares
Vincentem ſtrepitus, & natum rebus agendis.
Muſa dedit b *fidibus diuos,pueroſq́; deorum,*
Et pugilem uictorẽ,& equum certamine primũ
Et iuuenum curas & libera uina referre.
Deſcriptas ſeruare uices operumq́; colores
Cur ego ſi nequeo ignoroq́;,poeta ſalutor?
Cur neſcire,pudens praue,quàm diſcere malo?
Verſibus exponi tragicis res comica non uult:
Indignatur item priuatis ac propè ſocco
Dignis carminibus narrari cœna Thyeſtę.
Singula quaque locum teneant ſortita decenter.
Interdum tamen & uocem comœdia tollit,
Iratuſq́; Chremes tumido delitigat ore:
Et tragicus plerunque dolet ſermone pedeſtri.
Telephus & Peleus, quũ paup & exul uterq;
Proijcit c *ampullas, & ſeſquipedalia uerba:*
Si curat cor ſpectantis tetigiſſe querela.
Nõ ſatis eſt pulchra eſſe poemata.dulcia ſunto,
Et quocũque uolent, animum auditoris agunto.
Vt ridentibus arrident,ita flentibus adſunt
Humani uultus.ſi uis me flere dolendum eſt
Primùm ipſi tibi nunc tua me infortunia lędent,
Telephe,uel Peleu,malè ſi mandata loqueris,
Aut dormitabo,aut ridebo.triſtia mœſtum
Vultum uerba decent: iratum plena minarum,
Ludentem,laſciua:ſeuerum,ſeria dictu.
Format d *enim natura prius nos intus ad oẽm*
Fortunarum habitum:iuuat,aut impellit ad irã;

c Reijcit a ſe.

d Affectũ variũ pro mutatione fortunæ nobis indit.facitque vt eum vultu prodamus,deinde & verbis declamemus.

Aut ad humum mœrore graui deducit, & angit.
Poſt effert animi motus interprete lingua.
Si dicentis erunt fortunis abſona dicta,
Romani tollent equites peditesq́; cachinum.
Intererit multum a diuuſne loquatur an heros:
Maturuſne ſenex, an adhuc florente iuuenta
Feruidus: an matrona potens, an ſedula nutrix:
Mercatórne uagus, cultorne uirentis agelli,
Colchus, an Aſſyri': Thebis nutritus, an Argis.
Aut famam ſequere, aut ſibi conuenientia finge
Scriptor. honoratum ſi forte reponis Achillem,
Impiger, iracundus, inexorabilis, acer.
Iura neget ſibi nata, nihil non arroget armis.
Sit Medea ferox: inuictaq́;, flebilis Ino,
Perfidus Ixion, Io uaga, triſtis Oreſtes.
Siquid inexpertum ſcenæ committis, & audes
Perſonam formare nouam. ſeruetur ad imum
Qualis ab incepto proceſſerit, & ſibi conſtet.
Difficilè eſt propriè b *communia dicere, tuq́;*
Rectius Iliacum carmen deducis in actus,
Quam ſi proferes ignota indictaq́; primus.
Publica materies priuati iuris erit, ſi
Nec circa uilem patulumq́; moraberis orbem,
Nec uerbum uerbo curabis reddere, c *fidus*
Interpres, nec deſilies imitator in arctum,
Vnde pedē d *pferre pudor uetet aut operis lex.*
Nec ſic incipies, ut ſcriptor cyclicus olim,

FORTVNAM PRIAMI CANTABO, ET NOBILE BELLVM.

Quid dignum tanto feret hic promiſſor hiatu?

a Sic v. 227. Ne quicunq; deus, quicunque adhibebitur heros. Sũt alioqui, & aliæ lect.

b Argum. fabularũ in medio poſita. & a nemine pocupata, ſic tractare, ut ex ijs ꝓpria facias.

c F. ut ceu. ſid. Perinde ac ſi fidi interpretis officio fungi uelles.

d Al. referre.

Multa ſenem circumueniūt incōmoda: uel quod
Quærit, & inuentis miſer abſtinet, ac timet uti:
Vel quod res omnes timidè gelideq; miniſtrat,
Dilator, ſpe longus, iners, a *auiduſq; futuri.*
Difficilis, quærulus: laudator temporis acti
Se puero, cenſor caſtigatorq; minorum.
Multa ferunt anni uenientes commoda ſecum,
Multa recedentes adimunt. ne forte ſeniles
Mandentur iuueni partes, pueroq; uiriles,
Semper in adiunctis æuoq; b *morabimur aptis.*
Aut agitur res in ſcenis, aut acta refertur.
Segnius irritant animos demiſſa per aurem,
Quam quæ ſunt oculis ſubiecta fidelibus, & quæ
Ipſe ſibi tradit ſpectator. non tamen intus
Digna geri, promes in ſcenam: multaq; tolles
Ex oculis, quę mox narret facundia præſens.
Nec pueros coram populo Medea trucidet;
Aut humana palā coquat extra nefari' Atre'
Aut in auē Progne uertatur, Cadmus in anguē.
Quodcunque oſtendis mihi ſic, incredulus odi.
Neve minor neu ſit quinto productior actu
Fabula, quæ poſcit uult, & ſpectata reponi.
Nec c *deus interſit, niſi dignus uindice nodus*
Inciderit: nec quarta loqui perſona laboret.
Actoris partes chorus officiumq; uirile
Defendat: neu quid medios intercinat actus,
Quod non propoſito conducat, & hæreat aptè.
Ille bonis faueatq; & concilietur d *amicis:*
Et regat iratus, & amet peccare timentes.
Ille dapes laudet menſæ breuis, ille ſalubrem

a Cupidus ſciē di, quę futura ſunt contra illud, Quid ſit futurum cras, fuge quęrere. Quidam exp. Cupidus uitę.

b Nū diſcedemus ab ijs ꝗ unamquanq; ætatem conſequūtur, & illi conueniunt. Vel, cogitatio noſtra immorabitur in ijs, quæ &c.

c Cic. Vt tragici poeta, quū explicare argumēti exitū non poteſtis, confugitis ad deū. Hinc prouerb. Θεὸς ἀπὸ μηχανῆς.

d Al. amice Legitur uero, & cōcilietur amicis.

a Al. iuncta. Quidã uincta orich. expo. orichalco ex parte circundata.
b Vtilis aſpirare adeſſe, cõp. Gr. more. For. p. quatuor foram.

Iuſtitiam, legesq́; & apertis otia portis.
Ille tegat commiſſa: deosq́; precetur, & oret
Vt redeat miſeris, abeat fortuna ſuperbis.
Tibia, non ut nunc, orichalco a uincta, tubęque
Aemula, ſed tenuis, ſimplexq. foramine pauco
Aſpirare, & adeſſe choris erat b *utilis, atque*
Nondum ſpiſſa nimis complere ſedilia flatu.
Quò ſanè populus numerabilis, utpote paruus,
Et frugi, caſtusq uerecundusq coibat.
Poſtquam cępit agros extendere uictor, & urbẽ
Latior amplecti muros: uinoq. diurno
Placari Genius feſtis impunè diebus:
Acceſſit numeriſq. modiſq. licentia maior.
Indoctus quid enim ſaperet, liberq. laborum.
Ruſticus, urbano confuſus, turpis honeſto?

c Mot. de ſaltatione, uel de geſtu.
d Ex uoc. i. ſonis qdã chordas intell. vt dicat ch. eſſe additas.
e Iuxta illos, q tragœdiã deducũt ἀπὸ τοῦ τράγου. i. hurco, qui illius ſcriptorib. p̃miũ erat.
f Nud. Nudos introduxit.

Sic priſce c *motumq. & luxuriam addidit arti*
Tibicen: traxitq. uagus per pulpita ueſtem.
Sic etiam fidibus d *uoces creuere ſeueris,*
Et tulit eloquium inſolitum facundia pręceps:
Vtiliumq ſagax rerum, & diuina futuri
Sortilegis non diſcrepuit ſententia Delphis:
Carmine qui e *tragico uilem certauit ob hircũ,*
Mox etiam agreſtes ſatyros f *nudauit, & aſper*
Incolumi grauitate iocum tentauit: eo quod
Illecebris erat, & grata nouitate morandus
Spectator, functuſq. ſacris, & potus, & ex lex.
Verum ita riſores, ita commendare dicaces
Conueniet ſatyros, ita uertere ſeria ludo:
Ne, quicunq. deus, quicunq. adhibebitur heros,
Regali conſpectus in auro nuper, & oſtro,

Migret

Migret a *in obſcuras humili ſermone tabernas.*
Aut, dum uitat humũ, nubes, & inania captet.
Effutire leues indigna tragœdia uerſus.
Vt feſtis matrona moueri iuſſa diebus,
Interierit ſatyris paulum pudibunda proteruis.
Non ego inornata, & b *dominãtia nomina ſolũ,*
Verbaque. Piſones, ſatyrorum ſcriptor amabo,
Nec ſic enitar tragico differre colori,
Vt nihil interſit Dauuſne loquatur, & audax
Pythias, emuncto lucrata Simone talentum,
An cuſtos famulusque dei Silenus alumni.
Ex noto fictum carmen ſequar, vt ſibi quiuis
Speret idem, ſudet multum, fruſtraque laboret
Auſus idem tantum feries iuncturaq́; pollet,
Tantum de medio ſumptis accedit honoris.
Syluis deducti caueant (me iudice) Fauni
Ne, velut innati triuijs, ac pene forenſes,
Aut nimium teneris iuuenĕtur uerſibus unq̃,
Aut immunda crepent ignominioſaq́; dicta.
Offendũtur enim quib eſt equus, & pater, & res
Nec, ſiq̃d fricti ciceris probat, & nucis emptor,
Aequis accipiunt animis, donantve corona.
Syllaba longa breui ſubiecta, uocatur Iambus,
Pes citus, unde ẽt c *trimetris accreſcere iuſſit*
Nomen Iambeis, quum ſenes redderet ictus,
Primus ad extremũ ſimilis ſibi non ita pridẽ,
Tardior vt paulo grauiorq́; veniret ad aures,
Spondeos ſtabiles in iura paterna recepit
Commodus, & patiens, non vt de ſede ſecunda
Crederet aut quarta d *ſocialiter hic, & in Acci*

a Humilem opificum, & tabernariorum ſermonẽ imitetur.

b Quorũ uſus dominatur, q̃bus res quantumuis obſcœnæ proprie appellantur.

c Iuſſit Iãbeos uerſus trimetros quoque nominari.

d Commodũ ſe, & patientẽ ea in re præbens, ſed non ita in ſecunda etiam, & quarta ſede cedere uellet, ſocialia quadã amore.

Nec uirtute foret clariſve potentius armis,
Quàm lingua, Latium: a *ſi nō offenderet unum-*
quenq; poetarum limæ labor, & mora nos ò
Pompilius ſanguis carmē reprehendite, qđ non
Multa dies, & multa litura coercuit, atq;
Perfectum b *decies non caſtigauit ad unguem.*
Ingenium c *miſera quia fortunatius arte*
Credit, & excludit ſanos Helicone poetas
Democritus: bona pars nō ungues ponere curat
Non barbam: ſecreta petit loca, balnea uitat.
Nanciſcetur enim pretium nomenq, poetæ,
Si tribus Anticyris caput inſanabile nunquam
Tonſori Licino commiſerit. ò ego læuus.
Qui purgor bilem ſub uerni temporis horam.
Non alius faceret meliora poemata. uerum
Nil d *tanti eſt ergo fungar uice cotis, acutum*
Reddere quæ ferrum ualet, exors ipſa ſecandi.
Munus, & officium, nil ſcribens ipſe, docebo:
Vnde parentur opes: quid alat formetq; poetā:
Quid deceat, quid nō: quò uirtus, quò ferat error.
Scribēdi rectè, ſapere eſt, & principiū, & fons,
Rem tibi e *Socratice poterunt oſtendere chartę:*
Verbaque prouiſam rem non inuita ſequentur.
Qui dicit, patrię quid debeat, & quid amicis:
Quo ſit amore parēs, quo frater amandus, et ho-
Quod ſit conſcripti, quod iudicis officiū: quę (ſpes
Partes in bellum miſſi ducis: ille profectò
Reddere perſonę ſcit conuenientia cuique.
Reſpicere exemplar uitę morumq; iubebo
Doctū imitatorem, & ueras. hinc ducere uoces.

a In eadē ep. de hoc q̄ritur. Sed turpē putat in ſcriptis metuitq; lituram.

b Pro perf. unguem, al. præfectū, ut unguem ut ſit metaph. a marmorarijs, uel a fictorib.

c Iug. m. In eos qui, quod Democr. furorem quēdam ad poeticā requiri putaret, ideo illuuie & ſquallore, nec nō ſolitudine nomen, poetarum aucuparentur.

d Nil tanti facio ut eius obtinendi cā inſaniam ſimulare uelim.

e Scripta diſcipulorū Socr.

Ornata dictis ſeu ſententijs philoſophicis Al. iocis.
a P. verborũ. Quæ grauitate caret.
b N. c. Verſus canori quidẽ, ſed quib. ſubſint res futiles
c Vide ſat. 6. li. 1. Quo pueri magnis excentur. orti. &c.
d Eu, ut Gr. εὐ. Sic apud Ter. ex Agr. gramm.

Interdum ſpecioſa locis, morataq; rectè
Fabula, nullius ueneris ſine a pondere, & arte,
Valdius oblectat populum, meliusq; moratur,
Quam uerſus inopes rerum; b nugæq; canoræ.
Graijs ingenium, Graijs dedit ore rotundo
Muſa loqui, præter laudem, nullius auaris.
Romani c pueri longis rationibus aſſem
Diſcunt in partes centum diducere dicat
Filius Albini, ſi de quicunce remota eſt
Vncia, quid ſuperat? poteras dixiſſe, triens. d eu
Rem poteris ſeruare tuam redit uncia, quid fit?
Semis ad hæc animos ærugo, & cura peculi
Quum ſemel imbuerit, ſperamus carmina fingi
Poſſe linenda cedro, & leui ſeruanda cupreſſo?
Aut prodeſſe uolunt aut delectare poetæ,
Aut ſimul, & iucunda, & idonea dicere uitæ.
Quicquid præcipies, eſto breuis, ut citò dicta
Percipiant animi dociles teneantq; fideles.
Omne ſuperuacuum pleno de pectore manat.
Ficta uoluptatis cauſa, ſint proxima ueris.
Nec quodcunque uolet, poſcat ſibi fabula credi,
Neu pranſæ Lamiæ uiuum puerũ extrahat aluo
Centuriæ ſeniorum agitant expertia frugis,
Celſi prætereunt auſtera poemata e *Rhamnes,*
Omne tulit pinctum qui miſcuit utile dulci,
Lectorem delectando, pariterq; monendo.
Hic meret æra liber Soſiis, hic & mare tranſit,
Et longum noto ſcriptori prorogat æuum.
Sunt delicta tamẽ quib. ignouiſſe uelimus (mẽs,
Nã neq; chorda ſonũ reddit quẽ uult manus, &
Poſcentiq;

e Seniores poemata inutilia reprehẽdunt.

Poſcentiq; grauem perſæpe remittit acutum,
Nec ſemper feriet quodcũque minabitur arcus.
Verũ ubi plura nitent in carmine,nõ ego paucis
Offendar maculis,quas aut incuria fudit,
Aut humana parum cauit natura. quid ergo?
Vt a ſcriptor ſi peccat idem librarius uſque,
Quãuis eſt monitus,uenia caret, & citharædus
Ridetur,chorda qui ſemper oberrat eadem,
Sic mihi,qui multum ceſſat, b fit Cherilus ille,
Quem bis terq; bonum,cum riſu miror, & idem
Indignor c quandoq; bonus dormitat Homerus.
Verum operę in lõgo fas eſt obrepere ſomnum.
Vt pictura,poeſis.erit quæ,ſi proprius ſtes
Te capiet magis,& quædam,ſi longius abſtes.
Hæc amat obſcurum,uolet hæc ſub luce uideri,
Iudicis argutum quæ non formidat acumen.
Hæc placuit ſemel,hæc decies repetita placebit.
O maior iuuenum,quanuis,& uoce paterna
Fingeris ad rectũ,& per te ſapis, hoc tibi dictũ
Tolle memor,certis d mediũ,& tolerabile rebus
Rectè concedi e conſultus iuris,& actor
Cauſarum mediocris,abeſt uirtute deſerti
Meſſalæ,nec ſcit quantum Caſſelius Aulus,
Sed tamen in pretio eſt. mediocribus eſſe poetis
Non homines,non dij, non conceſſere f columnę.
Vt gratas inter menſas ſymphonia diſcors,
Et craſſum unguẽtũ,& Sardo cũ melle papauer
Offendunt,poterat duci quia cœna ſine iſtis,
Sic animis natum inuentumq; poema iuuandis
Si paulum à ſummo diſceſſit,uergit ad imum.

Ludere

a Ser.lib.
b Chærilo ſit ſimilis, quem miror, & rideo ſi contingat ei ut duo bus, aut trib. loc s rectè ſcribat.
c quoties det. optimus poeta, qualis fuit Ho. Alij non de alio quam ipſomet Ho. intell.
d Mediocritatẽ, Mediocrẽ, & tolerabilem peritiam.
e C.iu.Hęc velut p parẽth. hoc modo. Certis rebus med. concedi, at med. eſſe po. &c.
f C. ad quas proſtat libri, ut ſat.4. lib.1. Nulla tab. meos hab. neque pila lib. Alij referunt ad col. quæ erant ubi recitabantur car.

Quæſitum eſt, ego nec ſtudium ſine diuite vena,
Nec rude quid proſit uideo ingenium alterius ſic
Altera poſcit opem res, & coniurat amicè.
Quid ſtudet optatam curſu contingere metam,
Multa tulit fecitque puer, ſudauit, & alſit,
Abſtinuit Venere, & uino. b *qui Pythia cantat*
Tibicen, didicit prius, eximuitque magiſtrum.
Nunc ſatis eſt dixiſſe, Ego mira poemata pango
Occupet c *extremũ ſcabies, mi turpe relinqui eſt*
Et, quod non didici, ſanè neſcire fateri.
Vt præco ad merces turbam qui cogit emendas,
Aſſentatores iubet ad lucrum ire poeta,
Diues agris, diues poſitis in fęnore nummis.
Si uero eſt d *unctum qui rectè ponere poſſit,*
Et ſpondere leui pro paupere, & eripere atris
Litibus implicitum, mirabor ſi ſciet inter-
noſcere mendacem uerumque beatus amicum.
Tu ſeu donaris ſeu quid donare uoles cui,
Nolito aduerſus tibi factos ducere plenum
Lętitię. clamabit enim, Pulchre bene, rectè.
Palleſcet ſuper his, etiam e *ſtillabit amicis*
Ex oculis rorem, ſaliet, tundet pede terram.
Vt qui conducti plorant in funere, dicunt
Et faciunt propè plura dolentibus ex animo, ſic
Deriſor uero plus laudatore mouetur.
Reges dicuntur multis urgere f *culullis,*
Et torquere mero, quem perſpexiſſe laborent
An ſit amicitia dignus. ſi carmina condes,
Nunquam te fallant animi ſub vulpe latentes.
Quintilio ſiquid recitares, corrige ſordes.

a Al. Baccho.
b Qui adhibetur ad canendas laudes Apoll.
c Ex puerorũ luſu hoc dictũ natũ eſſe aiũt.
d Opiparam cęnam præbere.
e Lacrymas emittet, quas præ gaudio ſe emittere ſimulabit.
f Poculis quibuſdã grãdioribus Diminuta culeo.

a Si negares.
b Recudere. Ita mutare emendando, ut alij eſſe uiderentur.
c Verbum addebat.
d Al. inſumebat.
e Arte carentes.
f Sic paulo ante, Deriſor uero plus laud.
g M. ſe qui δñ intell. de ea q̃ Gr. ψωραν ἀγειαν Aduerſus eos qui nõ niſi furore quodam, & afflatu diui opcitos ad poeticam aptos eſſe putabant.
h D. Vnde et λυμφόληπτοι dicuntur, & a Lat. lymphati.
i Longũ clamet, Io, ciues ſucc.

k Idem atque ille q occidit.

Hoc (aiebat) & hoc melius te poſſe a negares,
Bis terque expertum fruſtra; delere iubebat,
Et malè tornatos b incudi reddere verſus
Si defendere delictum quam vertere malles,
Nullũ ultra c uerbũ, aut operã d ſumebat inanẽ,
Quin ſine riuali teq; & tua ſolus amares.
Vir bon', & prudẽs uerſus reprehẽdet e inertes;
Culpabit duros; incomptis allinet atrum
Tranſuerſo calamo ſignum; ambitioſa recidet
Ornamenta; parum clai is lucem dare coget,
Arguet ambiguè dictum mutanda notabit,
Fiet Ariſtarcus. nec dicet, Cur ego amicum
Offendam in nugis? Hę nugæ ſeria ducent
In mala, f deriſum ſemel, exceptumque ſiniſtre.
Vt, g mala quẽ ſcabies aut morbus regius urget
Aut fanaticus error, & iracunda h Diana,
Veſanum tetigiſſe timent fugiuntque poetam,
Qui ſapiunt; agitant pueri, incautiq; ſequuntur.
Hic, dum ſublimes Verſus ructatur, & errat,
Si ueluti merulis intentus decidit auceps
In puteum. foueamve; licet, ſuccurrite, i longum
Clamet, Io ciues, non ſit qui tollere curet.
Siquis curet opem ferre, & demittere funem,
Qui ſcis an prudens huc ſe deiecerit? atque
Seruari nolit? dicam, Siculique poetæ
Narrabo interitum. deus immortalis haberi
Dũ cupit Empedocles, ardẽtẽ frigidus Aetnã
Inſiluit. ſit ius liceatq; perire poetis.
Inuitum qui ſeruat, k idem facit occidenti.
Nec ſemel hoc fecit, nec, ſi retractus erit, iam

Fiet

Fiet a *homo,& ponet famoſę mortis amorem.*
Nec ſatis apparet cur uerſus factitet; utrum
Minxerit b *in patrios cineres, an triſtes* c *bidẽtal*
Mouerit inceſtus. certe furit, ac uelut urſus,
Obiectos caueæ ualuit ſi frangere clathros,
Indoctum doctumq; fugat recitator acerbus.
Quem uerò arripuit, tenet, occiditque legendo,
Non miſſura cutem niſi plena cruoris d *hirudo.*

a Ad mẽtem humanã redibit, id eſt ſanã. Quaſi inſanus, nõ ſit homo, qđ extra ſe dicatur eſſe. Vel, Deſinet uelle haberi Deus, ut Emp.

b In p.c. In paternum ſepulcrum.

c Bid. locũ fulmine tectum, qui cæſis bidẽtibus expiabatur.

d Tãquam hirudo, quæ dimittere nõ ſolet. ſ. n. pl. cruoris.

Finis

BIBLIOTECA

Iddio mi ha fatto questa gratia.

voti a

Sed factus diuino numine compos.

Aliter.

Irrita nec precibus vota fuere meis.

Aliter.

Quae precibus petij sacrato a numine vota

Accessit precibus gratia facta meis.

Aliter.

astris

Gratia summa mi hi supremi venit ab astris

Aliter.

Atque meis votis annuit ipse Deus.

Finis

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google